

Ms. N. II, 86.

h. 17, 6.

(X4880755)



DISSERTATIO
POLITICO-JURIDICA
DE
COMITIIS S. R. I.
ELECTORALIBUS

Von
Des H. Röm. Reichs Churfürst-
lichen Wähltagen.

Quam
Deo Favente
In Inclytâ Argentoratensium Academiâ

PRÆSIDE.
AMPLISSIMO ET CONSVLTISSIMO VIRO
DN. JOACHIMO CLUTEN.
J. U. D. ET PANDECTARUM PROF. P.
Celeberrimo, Dn. Præceptore & Patrono
suo submissè honorando.

Die Augusti. in Auditorio Majori.
Benevolæ & amicabili disquisitioni submittit

AUTHOR
ABRAHAMUS Köderer/
ARGENTORATENSIS.

⌘ (:) ⌘
ARGENTORATI.
Excudebat PAULUS LEDERTZ.
M. DC. XXVIII.

DISSEPTATIO
POLITICO-JURIDICA
DE
COMITIBUS S. R. I.
ELECTORALIBUS

Abd. J. K. von K. v. K. v. K.
in Regensburg



ABRAHAMUS
ARGENTORANTIS

ARGENTORANTI

FRANCIS PALLIUS LEDERTZ

M. DC. XXIII





Σὺν Θεῷ.

DISSERTATIONIS

DE

COMITIIS S. ROM. IMPERII
ELECTORALIBUS,

VON

Des Heyl: Röm: Reichs Churfürstlichen
Wahltagen.

PROOEMIUM.



Comitia, secundum hodiernum S. Romano-Germanici Imperij statum, sunt Duplicia, *Universalia & Particularia*, *Wehner/ in pract. Obs. Verbo Reichstag/ pag. 563.* *Tob. Paumeister/ lib. 2. de Jurisdic. c. 2. num. 4.* *Matth. Stephan. lib. 2. de Jurisdic. part. 1. c. 1. memb. 2. num. 11.* *Bertram, diss. de Comitibus, concl. 9. Illa sunt Caesaris & omnium Statuum Conventus, German. Ein Reichstag/ Allgemeine Reichversambtung. In His, Pars certa Ordinum conventum agit: ad quæ Particularia Comitibus referuntur. I. Conventus Electorum Electoralis, Churfürstlicher Wahltag. Et II. Eorundem Conventus Collegialis, Germ. Churfürstlicher Collegialtag/ Item Churfürstentag. III. Conventus Deputatorum, Deputationstag. IV. Conventus Circulorum, Kreisstag. V. Conventus Visitatorum Camerae, Visitationstag. Sed omissis cæteris, nunc de Comitibus Electoralibus, von Churfürstlichen Wahltagen/ quæ inter Particularia priora de potissima sunt, dissertationem instituere placuit, sequenti servato ordine, Ut præmissâ Definitione, agatur I. De Convocatione Electorum & Salvo Conductu Electoribus præstando. II. De Comparitione & Emanatione Electorum. III. De rebus in hoc Conventu tractandis; Actibus videlicet Electionis & Coronationis. Et tandem IV. paucissimis de Conclusionem hujus Conventus & Discessu Electorum. Interea hoc imprimis protestor & præscribo, Dissertationem hanc tantum eum in finem à me institutam esse, ut in materiâ hâc Juris Publici amplissimâ, ingenium meum juxta Privati Juris studium aliquantum exercerem: non verò ad hoc, ut in tanti momenti negotiis, quæstionibus, & controversiis judicium aliquod mihi sumerem, certive quid concludere arrogarem, quod à me longè alienum esse debere scio. Aequos proinde bonosq; Censores spero & opto.*

A

De

De Definitione Comitiorum Electoralium; Eorum Intimatione, Et Salvo Conductu præstando à Statibus.

CONCLUSIO.

I.

Comitia Electoralia, ab Eligendo, quod in iis Imperator Romanus eligatur, dicta sunt: ut etiã in lingua Germanica, *Wahltag* à *wählen* quod est eligere, appellatur. *Ea describo, Quod sint Conventus, à S. R. I. Electoribus propter Electionem Imperatoriam Francofurti institutus.*

2. Circa Comitia hæc Electoralia consideranda nunc veniunt, Eorũ Antecedentia, Qualia sunt, *Intimatio*, die *Bekündung vnd Ladung zum Wahltag*. Et *Salvus Conductus*, *Der Churfürsten Geleide*.

3. *Intimatio Conventus Electoralis, est Convocatio ab Electore Moguntino, singulis Coelectoribus, ut ad Electionem Imperatoriam Conveniant Francofurti, in literis patentibus per nuncios facienda.*

4. Ex qua Definitione apparet. I. *Quis Intimare debeat hunc Conventum?* Nempè solus Elector Moguntinus, qui pro tempore fuerit. *Bulden Bull tit. 4. §. wann vnd wie oft. § tit. 1. §. auch setzen. ibi. so zu der zeit sein wird.*

Quæst. 1.

5. *Quæritur hic, An, si tempore Intimationis faciendæ, Elector Moguntinus nullus fuerit, à Capitulo Electoribus Intimatio faciendæ?* Neg. Arg. *C. illa devotionis. 2. extra. ne sede vacante aliquid innov.* Vbi dicitur, capitulum sede vacante non succedere in iis quæ Episcopo, non ut Episcopo, sed aliunde competunt. Atqui Intimatio hæc aliq; iura Electoralia Moguntino non tanquam Episcopo, sed tanquam Principi Imperij cõpetunt, *vide infra thesin 9. ibiq; allegatos Dd.* Ergo. Proinde sede Moguntiacâ vacante locum habebit, quod in casu negligentia Moguntini Electoris decisum est in Aurea Bulla, *tit. 1. §. wann es auch. ibi. wo der Erbbischoff. addantur Buxtorff. diss. ad A. B. th. 15. lit. c. Arumæ. disc. 1. ad A. B. th. 24. pag. 52. § seqq. Rümelin, part. 1. diss. 2. ad A. B. th. 12. pag. 26. Cubach. lib. 2. Juris. Publ. cap. 8. num. 8. § seq. Dan. Otto, Jur. Publ. cap. 10. pag. mihi. 174. late August. Wischeri Profess. Trevir, diss. de Electione Imp. concl. 8. n. 41. p. 33.*

Quæst. 2.

6. Itemq; *Quæritur, An ad Intimationem Moguntini requiratur consensus Pontificis Romani?* Neg. Quia Aurea Bulla nullo verbulo consensum hunc requirit: neque hoc unquam ab Electoribus Moguntiacis observatum fuit; *Buxtorff. ad A. B. th. 15. lit. b. Rümelin. ad A. B. part. 1. disc. 2. th. 11. pag. 26.*

7. Patet II. ex definitione nostra, *Quibus sc. Intimatio hæc faciendæ:* Nempè omnibus & singulis Electoribus Ecclesiasticis & Politicis. *B. B. tit. 1. §. auch setzen. ibi. Jedem Churfürsten. § S. seq.* Quod si autem alicui eorum intimatio facta non sit, per illum tota Electio improbari & annullari potest, *d. §. auch setzen. Facit huc C. quod sicut. 28. ibi. quod si eos vocatos non fuisse. C. in Genesi. 55. Extra de Elect. § Electi potest. can. obeuntibus. 30. in fine. dist. 63. l. sicut. 7. §. 1. ff. quod cuiusq; univers. nom. pr. Inst. de inoff. test. & ea quæ*

quæ tradunt Lancellot. in T. O. Iud. lib. 1. c. 1. §. 2. n. 1. & Henning. Goeden, in de Elect. Reg. Rom. cap. 5. in pr. & num. 1. apud Nobiliss. Melch. Goldasten von Heimsfeldel part. 2. Politic. Imper. pag. 214.

8. An etiam Regi Bohemia semper & indistinctè, ut reliquis Electoribus Intimatio facienda sit? Dubitatur à Nonnullis. Nos affirmamus. Quia æquè Elector est ac reliqui. Gul. Bul. præfat. ibi. zwischen den Churf: in welcher zahl wir als ein König in Böhheim erkandt werden. & tit. 4. §. wann vnd wie offte. & seqq. & tit. 7. in pr. ibi. Rechte wehler des Reichs. R. A. Anno 1500. Rubr. wie man mit den Königen etc. ibi, Besonders dem König in Böhheim / als einem Churfürsten, Addatur Consultatio de officio & Iure Regis Bohemia in Conventibus Electoralibus & Collegialibus, à Melchiore Goldasten / proximo Anno 1627. Francofurti cum Commentariis edita.

Quest. 3.

9. Dubitatur præterea, An si quis Ecclesiasticorum Electorum, à capitulo quidem electus, sed à Pontifice summo nondum confirmatus & Infulatus sit, Electio tamen ei intimanda sit? Aff. Quia Ius Electionis ad eos, non ut Ecclesiasticos, sed tanquam Principes Imperij pertinet: Vnde toties in A. Bulla Principes Imperij vocantur. G. B. tit. 1. in pr. §. 2. 3. 5. & tit. 2. §. 3. tit. 3. in pr. t. 4. in pr. tit. 7. in pr. tit. 10. in fine & passim. Idq; etiam tradunt, And. Gail. 1. obs. 30. num. 1. Mynsing. 5. obs. 58. Zasius consil. 14. n. 114. lib. 1. Anton. Quetta. cons. 71. num. 2. Marc. Ant. Peregrin. consil. 1. per tot. Heig. part. 2. qq. Illust. q. 4. n. 53. Molinæ. Consuet. Paris. tit. 1. in pr. n. 71. Matthi. Stephan. de Iurisd. lib. 2. part. 1. c. 5. n. 58. Zabelius, Instit. Feud. exerc. 7. th. 4. lit. f. Ampliss. Dn. D. Cluten, promot. & Præcept. m. honor. in Syllog. rer. quotid. th. 24. lit. k.

Quest. 4.

10. Item, An Electori Politico ab Imperatore nondum investito & confirmato Electio intimanda sit? Aff. Nam in A. B. tit. 7. jus Eligendi ad Electorum heredes devolvitur, statim post mortem Antecessoris, non expectatâ investiturâ Cæsareâ. Et ita statuit August. Vischer dissert. de Elect. Reg. & Imp. Rom. thes. seu conclus. 11. num. 64. pag. 51. & 52. Dissentiunt Bortius, disc. de jure Publ. cap. 2. th. 16. lit. b. apud Arumæ. vol. 1. Iur. Publ. pag. 1022. Buxtorff. ad A. B. concl. 29. lit. c.

Quest. 5.

11. Colligitur III. Ex Definitione Intimationis suprâ positâ. Quando & quo in casu Conventus Electoralis intimari debeat: Tum videlicet, quando necessitas & casus Eligendi Imperatoris emerferit, prout in Aurea Bulla generaliter constitutum est. tit. 1. in pr. ibi. wie offte vnd wann es zu einffrigen zeiten noth sein wirdt / & tit. 4. §. 2. & tit. 5. §. 1. ibi, wann das heutig Reich ledig ist.

12. Casus autem hic Necessitatis & Vacationis tribus potissimum modis accidit. I. Per Mortem Imperatoris. G. B. tit. 1. §. wannes auch. II. Per Renunciationem & Resignationem Imperij, arg. c. ex transmissâ. C. nisi cum pridem. C. quod in dubiis. extr. de renunc. c. 1. de renunc. in 6. l. 10. C. de defens. civit. Vasqui. illustr. cont. c. 11. num. 17. & seqq. Castald. de Imp. q. 103. Matth. Steph. de Iurisd. lib. 1. c. 15. n. 22. & seqq. & lib. 2. part. 1. cap. 1. n. 146. Exempla talis resignationis habemus in Lothario I. Et Carolo V. qui ambo post abdicationem Imperij Monasteria ingressi sunt, Ille in Prumiense circa Annū 854. Hic in Monasterium Hispanicum S. Iusti, Anno 1556. se contulit, Otto Frisingens. lib. 6. Chron. c. 1. Sigonius lib. 5. de Reg. Ital. in Loth. 1.

Sleidan. lib. 27. hist. sub Anno 1556. infine. Hieron. Megiser in der Summarischen
Keyser Chronick in vita Caroli. pag. 319. III. Et Vltimò per Exauctorationem
& Depositionem Imperatoris; quando videlicet Imperator iustis de causis
ab imperio removetur. Lancelot. in T. O. I. lib. 1. cap. 1. §. 2. q. 6. Paris de
Puteo, in tract. de Syndicatu. cap. de Excessibus Imperatoris: Vt Contigit Ca-
rolo Crasso dicto, Marq. Freher. tom. 2. Germ. rer. Script. fol. 10. Christoph.
Lehemann/in der Speirischen Chronick. lib. 2. c. 44. Adolpho Comiti Nassoviensi.
Naucner, Chronograph. gener. 44. vol. 2. edit. Colon. An. 1544. fol. 867. Me-
giser in alleg. Keyser Chronick. pag. 237. Itemq; Wenceslao Bohemo, Caroli IV.
filio, quem ut indignum de Imperio removerunt Electores; vide Aene. Syl-
vium in hist. Boh. Aventin. lib. 7. annal. Bojem. pag. 645. Chron. Landgraef.
Thuring. cap. 142. Volateran. lib. 23. Peucer. lib. 5. Chron. Carion. Panvini. de
Comitibus Imper. c. 12. Philipp. Glaser. Syngram. hist. pag. mih. 132. Sententia
hujus Exauctorationis extat apud Melchior Goldasten part. 1. der Reichssetzung.
fol. 139. & seqq. addatur & Christoph. Lehemann/in Speyrisch. Chron. lib. 7. c. 72.

Quaest. 6.

13. Sed An Renuciatio Imperij coram Collegio Electorali, aut ve-
ro in manus Pontificis Romani fieri debeat? Non levis controversia fuit
inter Paulum IV. Pontif. & Ferd. I. Imp. de qua historia videatur, Thuan.
lib. 21. hist. sub An. 1558. pag. 350. & seqq. Chytræ. in Saxon. part. 2. lib. 19. sub
eod. anno. Ioh. Wolff. tom. 2. rer. memorab. pag. 814. & seq. Nos defendimus
Renunciationem in manus Electorum & non Pontificis Romani fieri debe-
re, Penes quos enim jus Electionis faciendæ residet, penes eos etiam (& non
alium,) jus abdicationis recipiendæ erit. arg. can. antepen. ubi gl. Verbo re-
nunciatur. caus. 6. q. 3. gl. C. quod in dubiis. 8. Verb. in manum. ext. de renun-
ciat Francisc. Marcus decis. aur. quaest. 629. n. 1. part. 1. Et hoc etiam con-
firmat præjudicium in Carolo V. Cujus Renunciationis acta refert Goldast.
in Polit. Imper. part. 7. disc. 1. fol. 378. & seqq. Consentiant hisce Georg. Si-
gism. Seiden in Consult. ad Ferd. I. q. 2. §. zum 9. wo die. cum §. seq. & §. sonst aber.
cum seqq. Matth. Steph. lib. 1. de Jurisd. c. 15. n. 24. & lib. 2. part. 1. c. 1. n. 149.
& seqq. Schrader. tract. de feud. part. 10. sect. 3. n. 173. & seqq. Buxtorff. ad
A. B. concl. 10. lit. i. & k.

Quaest. 7.

14. Vltorius autem litem movent Pontifices Electoribus S. R. Im-
perij: ad se Imperatoris Romani depositionem & exauctorationem perti-
nere, pretendentes, in C. ad Apostolica. 2. de sent. & re jud. in 6. C. alius. 15.
quaest. 6. C. si Papa. 6. dist. 40. Prout etiam de facto Imperatores remove-
conati sunt. Sed verius est, remotionem hanc Imperatoris jure ad solos Ele-
ctores pertinere; Ad quos enim pertinet Institutio, ad eos etiam rursus de-
stitutio pertinebit. Novell. 15. c. 1. in fine Fac. l. si quis 12. in pr. ff. de Legat. 3.
l. ejus est. 3. l. nihil. 35. ff. de R. I. Quemadmodum igitur Imperator non po-
test deponere Papam. can. 7. dist. 22. ita etiam nec Papa poterit deponere Im-
peratorem. Et ita statuunt Georg. Sigism. Seiden conf. ad Ferd. I. wie des Pabsts
Pij unbillige anmassen zubegegnen sey, quaest. 1. §. Zum Sechsvnd Zwanzigsten. Matth.
Steph. de Jurisd. lib. 2. c. 5. part. 1. n. 47. & vol. 2. disc. Jur. Publ. disc. 17. th.
10. lit. a. Ampliff. Bocer. tr. de Jurisd. c. 8. n. 76. Dn. D. Cluten. in Syllog. th. 6.
lit. c. Buxtorff. ad A. B. th. 11. lit. h. Schönborner lib. 5. Pol. c. 33. Dan. Otto. Jur.
Publ. c. 10. pag. m. 209. & 211. König. in Theatr. Polit. part. 1. c. 29. n. 15.

15. Præter autem supradictos casus Ordinarios instituendæ Electi-
onis.

onis Imperatorie: Quandoq; extraordinariè etiam vivente & existente adhuc Imperatore, Conventus Electoralis intimari potest, ad eligendum Regem Romanum; sed nõ nisi ob causas gravissimas; exempli causa, ob turbulentum Imperij statum, ingravescentem Imperatoris ætatem &c. ad eum effectum, ut Rex Romanorum in casum vacantia legitimus Imperatoris successor sit. Videatur ReichsAb. zu Augspurg An. 1559. in pr. *ibi*: als Weyland mitter. N. U. zu Augspurg. An. 1566. in pr. *ibi*, Nach dem bey Lebzeiten. Capitulation. Matthia. I. & Moderni Invictissimi Imperatoris Ferd. II. s. vnd insonderheit: Et late Discurs. Obbey lebzeiten eines Kaysers könne ein Wahltag angefete vnd ein Römischer König erwehlt werden. apud Goldasten. part. 2. Politischer Reichshändel fol. 136. & seqq. Et par. 2. Polit. Imp. pag. 220. Arumæ. vol. 1. Iur. Publ. disc. 4. pag. 36. 37. & seqq. & disc. 2. ad A. B. th. 13. pag. 94. & seq. & alios. Ex historicis vide Sleidan. lib. 7. hist. in fine. & lib. 8. hist. Thuan. lib. 2. hist. pag. 107. Crusi. annal. Suev. lib. 11. part. 3. c. 6. Spangenbergi in Mansfeld. Chron. c. 366. & alios.

16. De hoc dubia quæstio est. *Vtrum Invito Imp. Rex Romanus eligi possit?* Et Respondemus, Regulariter hoc fieri non posse. Vide Goldast. tom. 1. Der Reichsatzungen in ration. pag. 97. Hinc etiam in Electione Regis Matthia consensus Rudolphi II. requisitus fuit. Buxtorff. ad A. B. concl. 12. lit. d. Arumæ. d. vol. 1. disc. 5. pag. 52. & seqq. & disc. 2. ad A. B. th. 14. pag. 97. & seqq. Reink. de regim. sec. & Eccles. lib. 1. cl. 3. c. 14. n. 146.

Quæst. 8.

17. Constat porrò I V. Ex Definitione Intimationis: *Quinam hodiernis temporibus Locus ad Electionem Imperatoriam intimari debeat?* Nempe Francofurtum ad Moenum, G. B. tit. 1. s. auch sehen & seq. & tit. 2. s. 1. & 3. Qui locus ab Electore Moguntino regulariter mutari in Intimatione non potest: Per text. expressum A. Bulla tit. 25. s. wir finden auch. Iunctâ L. 23. ff. de Legib. l. 2. ff. de Const. Princip. l. 4. s. 5. ff. de off. Procons. Nisi iusta subfit causa, puta, pestis, belli, &c. tali enim casu, electio alibi instituta improbanda non erit, Cubach. alleg. lib. 2. cap. 10. n. 10. & seqq. Buxtorff. ad A. B. concl. 21. lit. g. Rümelin. part. 1. disc. 2. ad A. B. th. 16. pag. 30.

18. V. Additum in Definitione supra posita fuit, *Tempus Constitutū*, ut intelligatur, qui constituendus Terminus sit ad Comparitionem, Nimirum Tres menses Continui, à die Intimationis continuo numerandi. G. B. tit. 1. s. auch sehen *ibi*. das von dem tag in den brieffen bestimpt etc.

19. Quæstio hinc occurrit, *An terminus predictus Comparitionis ab Electore Moguntino prorogari seu abbreviari possit?* Et Regulariter Negatur, Est enim tempus legale, quod ab homine prorogari vel restringi non potest. L. 4. s. 5. ff. de re judic. Buxtorff. ad A. B. th. 20. lit. f. & g. Rümelin. part. 1. disc. 2. ad A. B. th. 15. Cubach. lib. 2. I. P. c. 9. num. 25. & seqq. Dan. Otto. c. 10. I. Publ. pag. mihi 172.

Quæst. 9.

20. Vltimò in Definitione nostrâ positum fuit, *quomodo hæc omnia intimari debeant*, nimirum Literis patentibus, per nuncios mittendis. G. B. tit. 1. s. auch sehen *ibi*. durch offen. brieff. vnd botten/ s. wann es auch *ibi*. durch offen brieff. Quemadmodum autem aliàs Omnes Citationes continere debent. 1. Nomen Citantis. 2. Nomen Citati. 3. Causam. 4. Locum, & 5. Terminum, prout tradunt, Andr. Gailius lib. 1. Ob. pract. 49. 50. 51. 52. & 53. Lanfranc. in prax. cap. 1. de Citat. n. 4. Maranta, in spec. pract. part. 6. tit. de Cit. n. 63. Emerz.

A 3;

à Rosbach //

à Rosbach. in process. Civ. tit. 22. n. 17. & seqq. Rutger. Ruland. de Commiss. part. 1. lib. 5. cap. 3. Otto Melander, Comment. Camer. part. 2. fol. 267. & fol. 278. & seqq. Hyrer in Gerichtlichem Proceß, part. 1. cap. 3. obs. 2. Wesenbec. in parat. tit. de in jus voc. n. 13. Vantius, de nullitat. ex defect. Cit. num. 31. & seqq. Treutler. Vol. 1. disp. ff. disp. 4. th. 3. Ita etiam in Citatione hâc Electorali eadem requisita habentur, prout de iis hactenus à thesi. 4. tractatum est. Addatur formula Intimationis præscripta in A. B. tit. 18.

21. Conclusionis loco observari potest, quod si circa hanc Convocationem Elector Moguntinus negligens fuerit, constitutum esse, ut Electores motu proprio, perinde atq; si vocati fuissent, ad Electionem Francofurti expediendam conveniant, G. B. tit. 1. §. wann es auch.

22. Alterum Conventus Electoralis Antecedens supra thesi. 2. positum est, *Salvus Conductus* das Geleit/ qui hîc consideratur, ut munus personale Imperio debitum, G. B. tit. 1. §. sezendarauff/ non verò quatenus est pars Juris Territorialis der geteits-herstigteit / quamvis non sine eo sit. Behner/ pract. obs. Verb. Blatt. pag. 236. §. 4. Bortius, in typo Jurispr. Publ. part. 1. c. 2. th. 28. Dan. Otto, Jur. Publ. c. 10. pag. mihi. 181.

23. *Salvus Conductus* hic, est publica & inviolabilis securitas, à Statibus Imperij, ad id requisitis, Electoribus ad Electionis Conventum proficiscentibus, secundum præscriptum Aureæ Bullæ modum, sub pœnâ perjurij & amissionis privilegiorum præstanda. Quomodo autem & à quibus designatis Statibus singuli Electores Conducendi sint, Videatur latè A. Bulla, tit. Von der Churfürsten geleit/ vnd von wem das sein soll. 1.

24. Porro etiam Francofurtenses præstare debent securitatem sub Iuramento & cavere, ne quis peregrinus tempore Electionis insurbem eorum intromittatur: sed soli Electores vel eorum Nuncij: ita tamen ut non nisi 200. Equites, interq; hos 50. tantum armatos, cuilibet Electori Francofurtu introducere liceat. Gul. Bull. tit. 1. §. Wir befehlen. & §. die vorgeante Burger zu Franckfort. Vide Gothard. Artus: de actu Elect. Matthia. 1. Imp. apud Melch. Goldasten/ part. 1. Pol. Imper. pag. 171. & seqq. Et Matenes. de parentel. elect. & Coron. Ferd. 2. lib. 2. pag. 49. Plura de Vtilissima & difficilima Salvi Conductus materia videantur, apud Ampliss. & Consultiss. Virum D. Ioh. Georg. Bechtium IC. & Consiliarium Reip. hujus gravissimum, Tract. de securit. & Salvo Conductu. Item Arumæ. disc. 1. ad A. B. pag. 23. & multis seqq. Martin. Rümelin, part. 1. disc. 2. ad A. B. per. tot.

Et hac de Antecedentibus Conventus Electoralis,
Intimatione sc: & Salvo Conductu.

SECTIO.
2.

DE Conventu seu Comparitione & Emanatione Electorum.

25. **P**eractâ igitur Convocatione Electoris Moguntini, & impetrato Salvo Conductu Statuum; Electores destinato tempore & loco in propriâ personâ comparent: sin verò aliquis eorum justo impedimento detentus venire non potest, Legatum idoneum, cum plenâ & sufficienti potestate Eligendi, mittit. G. B. tit. 1. §. vnd welcher. & §. auch setzen. juncto tit. 18. Datis ei literis patentibus, majori sigillo signatis: Qualiter autem & sub quâ formâ

formâ tales literæ confici debeant videatur, G. B. tit. Form Churfürstlichen gewaltbrieffs zu wehlen. 19.

26. Anceps verò Quæstio est: *An liberum sit Electoribus, comparere, vel legatos mittere?* Neg. Per Text. *Aurea Bulla. tit. 25. §.* wann aber ein Churfürst. *ibi*, mit rechtlicher hindernus behafft. qui §. explicat textum, *tit. 1. §.* auch setzen. *ibi*, oder ihre gesetzte Botschafft schicken/ alternativè loquentem, Facit huc Text. Iuris Can. *in C. quia propter. 42. §. illud autem. ibi. justoq; impedimento detentus. extra de Elect. §. Electi potest.* Guilielm. de Mandagoto, *de Elect. cap. 28.* Quæst. 10.

27. Quæritur etiam: *An Elector absens, extraneo qui non est ex Collegio Electorali, mandatum de Eligendo Imperatore dare possit?* Quod Affirmatur, Per Text. *A. B. tit. 25. §.* wann aber. *ibi*, vnd einen Botten oder verweser/ welcherley würdigkeit oder wesens der sey. Illudq; etiã Continuata Observantia confirmat, ut videre est ex Melchiore Goldasten *part. 1. Pol. Imp. pag. 124. §. 196.* Matenes. *de Elect. Ferd. II. lib. 2. pag. 51.* Quæst. 11.

28. Dubitatur præterea: *An Legato ab Electore suo mandatum ad certam personam Eligendam dari possit?* Quod Negatur, Per Textum *A. Bulla, tit. 19. ibi.* In dieser allerbesten weis vnd maß. Qui textus mandatum hoc ad certam personam restringi non patitur. Hinc cum in nuperrimâ Electione Legatus Saxonicus limitatum haberet mandatum, reliqui Electores in Electione progredi noluerunt, nisi generale tractandi mandatum ab Electore suo impetraverit. Matenes. *alleg. lib. 2. pag. 76.* Addatur Buxtorff. *ad A. B. concl. 23.* Reink. *lib. 1. class. 3. cap. 3. n. 8. §. 9.* Reinh. König. *Theat. Pol. part. 1. cap. 30. num. 38.* Quæst. 12.

29. Si autem Electorum aliquis, vel ipsius Legatus, justo & determinato tempore, non, sed tardius veniret, attamen ante peractam Electionem compareret, admittendus is est ad Electionem, in eo statu, in quo Electio adventus sui tempore consistit. G. B. *tit. 2. §.* wann aber sie oder. Sin verò Elector nec ipse venit, nec legatum mittit: vel si legatos quidem mittit, at eum insufficienti mandato, aut etiam ante Electionem peractam, nullo legitimo Procuratore constituto, discedit, tunc pro illa vice votum & suffragium amittit. G. B. *tit. 1. §.* vnd welcher Churfürst.

30. Et quamvis major pars Electorum abesset, nihilominus tamen reliqui præsentés, licet pauciores, ad Electionis actum sufficiunt & Electionem instituere possunt. *arg. l. 7. §. ult. ff. quod cujusq. univers. nom. juncto dict. §.* vnd welcher Churfürst. Facit etiam. *C. quod sicut. 28. §. si autem. ext. de Elect. §. electi pot. C. quia propter. 42. d. iii. num. 5.* Vide Buxtorff. *ad A. B. th. 25. lit. f. Arumæ. disc. 1. ad A. B. concl. 34. §. disc. 2. th. 18.* Rümelin. *part. 1. dissert. ad A. B. 3. th. 10. pag. 40.*

Hæc de Comparitione & Emanatione Electorum.

De Re tractanda in Conventu Electorali: Universo vide- SECTIO.
licet Electionis & Coronationis Imperatoriæ actu. 3.

31. **A**bsolutis iis quæ de Definitione Conventus Electoralis, Ejus Intimatione & Salvo conductu præstando; Itemque de Comparitione Electorum, dicenda fuerunt: Accedendū nunc ad Objectum Conventus

ventus ejus, hoc est, ad Actum Electionis & Coronationis Imperatoris. Vbi præcipue consideranda veniunt. 1. Introitus Electionis. 2. Personæ Eligentes. 3. Persona Eligenda. 4. Modus Eligendi. 5. Personæ Electæ publicatio. 6. Commissio Imperij. 7. Coronatio; aliaq; quæ Electionem & Coronationem peractam subsequi solent.

32. Postquam igitur Electores seu eorum Nuncij civitatem Francofurtensium ingressi sunt, statim preparatoria Electionis instituuntur: eaq; initiatur ab Invocatione Divinâ & Celebratione Missæ: itemq; præstatione Juramenti Electoralis. Prædicti enim Electores & Nuncij, statim post adventum sequentis Diei diluculo (qui dies tamen hætenus non ita strictè observatus fuit.) in Aede sacra D. Bartholomæi Apostoli convenire debent, tumq; in omnium ipsorum præsentia Missa de Spiritu Sancto decantatur, ut ipse corda Electorum illustret & eorum sensibus lumen veritatis infundat, quò Divino suffulti præsidio, hominem iustum, bonum & utilem eligere valeant in Imperatorem Romanum, pro salute populi Christiani: ut constitutum est ab Imp. Carolo IV. in *A. B. tit. 2. in pr.*

33. Sed quod de Missâ in *d. tit. 2.* ab omnibus audiendâ adjicitur, id factum est pro moribus illius temporis, à quibus Electores Protestantes recesserunt: & hodiè dum Pontificij Electores Missam celebrant & audiunt, solent illi & eorum Nuncij, se in aliud conclave conferre, Deumq; ibidem pro felici Electionis Imperatoris successu, invocare, Vt videre est ex Relationibus Electionum. *apud Melchior. Goldast. part. 1. Pol. Imper. pag. 141. in fine. pag. 148. & pag. 173. Matenes. lib. 2. de Elect. Ferdin. II. pag. 84.*

34. Missâ ab Ecclesiasticis Electoribus celebratâ, cunctisq; denuò ad suas sessiones reversis in Chorum: Hymnus ille, Veni Creator Spiritus, &c. intonatur & cantatur. *verzeichnuss der Wahl Maximil. II. apud Goldast. part. 1. Politischer Reichshandel. pag. 67. S. So bald nun dis Ampt der Mess/te. Matenes. alleg. lib. 2. pag. 84.*

35. His Omnibus peractis, Electores & Nuncij ad Altare accedunt & juramentum Electionis præstant. *G. B. tit. 2. in pr. ibi. vnd wann die Mess vollbracht Circa præstationem autem hanc Juramenti, Observanda 1. Modus & Ordo. 2. Formula.*

36. Modus præstandi Juramenti consistit 1. in Ritu & Ceremoniis: Ecclesiastici enim Electores jurant coram Evangelio, cum reverentia manus pectori imponentes: Seculares verò Evangelium manibus tangendo jurant. *G. B. tit. 2. ibi. da die Geistlichen. 2. In Ordine. Qui etsi in Aurea Bulla non exprimat, tamen subsequens observantia docuit, Quod Juramentum præstet 1. Elector Moguntinus, cui formulam jurandi prælegit Elector Trevirensis: Qui postea eodem modo juramentum à Reliquis Electoribus, Trevirèsi, Coloniensi, Rege Bohemix, Palatino, Saxonico & Brandenburgico, exigat. Videatur Melchior Goldast. part. 1. Politischer Reichshandel. tit. 24. pag. 39. & pag. 67. Et part. 1. Polit. Imper. pag. 172. Matenes. lib. 2. pag. 84. S. Omnes. Buxtorff. ad *A. B. concl. 28. lit. d.**

37. Formulam, quod attinet, præstandum juramentum hoc in lingua nostra Germanica. *G. B. tit. 2. S. 1. in fine. ibi. den End in Teutsch schweren/ secundum formam præscriptam. in S. seq. his verbis. Ich N. N. Schwere zu dem H. Evangelio / das ich bey den Trewen / damit ich Gott vnd dem H. Röm. Reich verbunden bin / nach aller meiner verständigen Erachtung vnd Vernunft mit Gottes hilff will erwehlen / Ein Weltlich Haupt dem Christlichen Volk / das ist / einen Römischen König zu einem Kayser zu erheben/*

erheben/der darzu tüglich seye/so viel mich mein Bescheidenheit vnd Betrünnfft telten/ vnd nach
meiner vorberührten Trewen/ vnd Stimmen: solch mein Stim vnd Wagt/ will ich geben ohn
alles geding/ belohnen/ Gab/ Verheiffung/ oder welcher massen solches möchte genennet werden/
Als helfff mir Gott vnd alle Heyligen.

38. Quæritur hic. *An liceat Iurare Per Sanctos, bey oder zu den Heiligen?* *Quest. 13.*
Neg. Quia in SS. scriptura ea tantum juramenti formula concessa est, quæ per ipsum & Solum DEVM fit. *Deut. 6. v. 13. & cap. 10. v. 20. Jerem. 5. v. 7. & 12. v. 16. Iosu. 23. v. 7. Matth. 5. v. 33. D. Hieronymus & Chryso- st. in d. c. 5. Matth. Et ita Constitutio Inclytæ hujus Reip. Argentinenfis, sub dato, die Lun. 18. Febr. An. 1527. piè ordinavit, ut imposteriorum in præstatione Juramenti, sanctorum nulla mentio fiat. Latè de hac quæstione tractant Rungius, *comment. in Genes. cap. 42. pag. 1203. Ludov. Lavaterus tract. Vom Ende vnd Endtschweren. tit. das man den Ende bey Gott allein thun soll. pag. 34. & seqq. Perkinsi. de casib. Conscient. lib. 2. c. 13. pag. 61. Danæ. lib. 2. Eth. Christ. cap. 9. Daucher. in exeg. de Iuram. extrajud. th. 3. n. 3. Velsten. cent. qq. Polit. decad. 6. quæst. 5. pag. 180. & seqq.**

39. Itemque Controversum est, *An rectè per & ad SS. Evangelia, bey vñ zu dem H. Evangelio/ juretur?* *Quest. 14.*
Et Respondetur Negando, per proximè allegata fundamenta, cum Ierem. Setser, *tract. de Iurament. lib. 1. c. 15. n. 6. Wesenb. parat. lib. 12. tit. 2. n. 6. Conceditur tamen posse sine impietate & Idololatria proponi in conspectum Jurantis, SS. Evangelia & manu sive duobus prioribus digitis tangi; quod dicitur Iurare super, vel tactis Evangeliiis, auff das H. Evangelium/ Et vocatur Iuramentum Corporale, Ein rechter leiblicher Ende/ l. 1. C. si advers. venditor. l. 3. in fine C. si minor se maj. dix. Cujac. ad Novel. 51. Clariff. Dn. D. Befoldus, *de Iuramentis diff. 1. th. 9. Et talis modus Iurandi in Iure Civili, Feudali & Camera Ordinatione frequens & usitatus est. Vt L. in omnibus. l. 1. §. 1. ibi. tactis SS. Scripturis. C. de jurejur. propt. calum. l. 27. v. ult. ibi. SS. Scripturis. propositis C. de Episcop. Audient. l. 14. pr. & §. 1. ibi. tactis SS. Evægelys. C. de Iudicis. Novel. 8. Auth. Collat. 2. tit. 3. lib. 2. Feud. tit. 5. c. un. ibi. ad hæc sancta Dei Evangelia. lib. 2. F. tit. 2. pr. ibi. jurent, tactis SS. Scripturis. & tit. 7. in. pr. Ampliff. Dn. D. Bitschius patron. & Precept. m. submissè honor. in prælect. publicis ad dict. t. 5. lib. 2. Feud. notabili. 1. Cammerg. Ordn. part. 1. tit. von Enden der Cammergerichts Personen. 57. & seqq. ibi. zu Gott vnd auff das H. Evangelium. Admittitur etiam, à Rittershusio, *Commēt. in Nov. part. 9. cap. 20. n. 2. & lib. 5. diff. Iur. Can. & Civil. c. 19. in pr. Warem. ab Ehrenberg. lib. 2. de fæd. c. 1. n. 151. & seqq. Beustio. ad L. 3. §. jurari. ff. de jurejur. n. 5. Donell. lib. 21. Comment. c. 13. Et ibid. Ofwald. Hilliger. in Notis lit. a. b. & c. Buxtorff. ad A. B. conclus. 29. lit. b. Dn. D. Befold. diff. 1. de Iurament. th. 7.***

40. Itaq; etiam formula hæc Iuramenti Electoralis in Protestantibus Electoribus & eorum Nunciis temperatur, ut juretur, auff das H. Evangelium/ non autem zu dem H. Evangelio/ simulq; verba ista finalia, vnd alle Heyligen/ ab iis omittantur. Cubach. *lib. 2. I. Publ. c. 13. n. 13.*

41. Porro Dubium movetur *Vtrum Iuramentum hoc Electores ibi invicem remittere possint?* *Quest. 15.*
Neg. Per Text. *A. B. tit. 2. in pr. ibi.* so sollen. S. vnd wann. *ibi.* In vorgeschriebener form vnd mass solchen Ende geschworen haben. *Iunctâ L. cum & judices. 2. §. sed quia. 4. C. de jurejur. propt. cal. dando. Buxtorff. Concl. 28. lit. a. Rümelin, part. 1. diff. 3. th. 6. Reinh. König. Th. Pol. c. 30. n. 49. & 50. part. 1. Dan. Otto, I. Publ. c. 10. pag. m. 182.*

B 42. Præ

42. Præstito autem per Electores & Nuncios Iuramento ad ipsum Electionis Actum procedere debent, nec Francofurto ipsis exire concessum, nisi prius major pars Temporale caput elegerit. G. B. tit. 2. §. vnd wann die Churfürsten. Antequam verò de Modo Electionis ejusq; actu reliquo dicamus, prius de Personis Eligentibus, Et personâ Eligenda tractabimus.

43. Personæ Eligentes igitur sunt S. R. Imperij Electores; καὶ ἐξοχῆν ab eligendo sic dicti, ut etiam in lingua materna Churfürsten à Churen quod est eligere, dicuntur. Quos Veteres Germani Wahlfürsten vnd Wahlherren appellarunt, ut ex vetustis MScis adducit Illustriss. Gustav. Selenius tract. vom Schachspiel lib. 1. c. 6. in fine. Baldus in L. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. vocat eos Electionarios. Et Gailius lib. 1. Obs. 21. n. 2. à numero Septenario Septemviros appellat. Et sunt vel Ecclesiastici, vel Seculares. Illorum Tres, Horum Quatuor sunt.

1. Archiepiscopus Moguntinus, S. R. I. Archicancellarius per Germaniam.
2. Archiepiscopus Trevirensis, S. R. I. Archicancel. per Galliã & Regnũ Arelatense.
3. Archiepiscopus Coloniensis, S. R. I. Archicancellarius per Italiam.
4. Rex Bohemiæ, S. R. I. Archipincerna.
5. Comes Palatinus Rheni, S. R. I. Archidapifer: in Cujus locum Potentissimus & Illustrissimus Princeps, Maximilianus Dux Bavariæ in Comitibus Ratisbonensibus An. 1623. 25. seu 15. Febr. à Ferdinando II. Imperatore nostro Augustissimo, substitutus est.
6. Dux Saxonie S. R. I. Archimareschallus.
7. Marchio Brandenburgicus, S. R. I. Archicamerarius.

44. Penes hos Electores solos, hodiè omne Ius Eligendi Imperatores est, G. B. tit. 1. in pr. §. tit. 4. §. wann vnd wie oft. ibi. die zu der Wahl gehörẽ. Georg. Sigism. Seiden in Consult. ad Ferd. 1. art. 1. pag. 32. vers. teutisch. §. p. 86. §. dann v. Matth. Stephan. de Jurisd. p. 1. lib. 2. c. 5. n. 29. Horumq; dignitas atq; authoritas in Imperio Romano post Imperatorem maxima est: Sunt enim membra Imperij proximiora. G. B. tit. 2. §. vnd wiewol Columnæ Imperij Principales, Edite Seuten Imperium Romanum sustentantes, tit. 3. in pr. Pars Corporis Imperatoris. tit. 24. in pr. Hinc etiam Regibus comparantur, B. Lutherus In Tischreden cap. 38. Pet. Heigius. part. 1. q. 4. n. 15. Dan. Moller, 1. semest. c. 40. n. 1. Arumæ. disc. 3. ad A. B. cond. II. Reintingt. de reg. sec. §. Eccles. lib. 1. clas. 4. c. 3. n. 6. Privilegia & Iura eorum Videantur pluribus in Aurea Bulla, tit. 6. 8. 9. 10. 11. §. 12. Itemq; apud Matth. Steph. lib. 2. part. 1. c. 5. n. 50. §. seqq. Quir. Cubach. lib. 2. I. P. c. 29. §. 30. per tot. Buxtorff. à conch. 84. ad A. B. usq; ad 96. Martin. Mager, de Advocatia, c. 6. n. 76. §. alios.

Quest. 16.

45. Sed Quæritur hoc loco: Vnde Collegium hoc Electorum Septemvirale originem suam habeat? Varij varia de Electorum origine scripserunt, ut videre est apud P. Heigium part. 1. illustr. 99. 3. Vbi omnium ferè Opiniones recenset: Vt ut autem sit, (in vetustis enim initium facile ignoratur. l. 28. ff. de probat.) Communissima sententia est, multorum Historico- rum, Politicorum, & Ictorum autoritate confirmata, quod Imperator Otto III. communicato consilio cum Gregorio V. Pontifice, ejus Agnato, cumq; Consensu Statuum Imperij Collegij hujus Electoralis posuerit fundamenta, illudq; instituerit circa Ann. Christi 996. vel 997. prout latius deducit, multisq; Authoritatibus confirmat, Ampliss. Dn. D. Clutenius, Præcept. honor. in syllog. rer. quotid. th. 24. lit. b. Quibus addantur Marfil. Patavinus

12. de

tr. de Transl. Imperij. c. 11. edito tempore Ludovici Bavari Imp. An. 1324. Et eod. anno editus Tractatus Radulphi de Columna, de transl. Imp. C. penult. Et Nicolaus de Cusa, Cardinalis in tr. de Concordantia Catholica. lib. 3. c. 4. edito circa An. 1440. Qui tractatus habentur in Synagmate Tractatum, de Iurisd. Imperiali, publicato Anno 1609. Impensis Lazari Zetzneri. Videatur imprimis etiam Schardius, de Origine Elector. cap. 1. § 2.

46. Ulterius in Quæstionem venit, Cur Septem Electores instituti fuerint? Forsitan dicendum erit, Hoc inde ortum esse, Quod Numerus Septenarius à Veteribus semper sacer & perfectus habebatur, sique magnæ res fuerunt perficiendæ, hoc numero absoluebantur, ut etiam ex sacris patet, Gen. 2. & 1. 2. 3. Iosu. 6. v. 4. usq. ad 17. & aliis locis, Cujus opinionis sunt, Ioh. Beiter / Sulgò Reysersperger dictus, in seiner Possill / edit. hinc Argentina Anno 1522. part. 3. dominic. 21. post Trinit. fol. 98. fac. 1. in fine, ubi allegat etiam Macrobius, de somno Scipionis. Azo in summ. C. de Ver. I. En. n. 6. § seqq. Knichen. comm. ad Ius Sax. verb. Electorum. c. 3. fol. 24. Ant. Maria Coratius tr. de Comm. Dd. Opin. lib. 1. tit. 3. n. 20. pag. mih. 16. § 17. Petr. Dominicus de Magdalenis. de num. test. in testam. requisit. part. 1. c. 3. n. 29. Arumæ, exerc. Inst. 7. th. 10. Andr. Laurentius lib. 8. hist. Anatom. quest. 31. pag. 709. Dn. D. Cluten, alleg. concl. 24. lit. C.

Quest. 17.

47. Dubitatur etiam An Numerus hic Septenarius augeri possit? Ita quidem Maximilianus I. Imperator ab Electoribus petiit, ut jus suffragij in Electione Imperatoria Archiducibus etiam Austriæ communicarent, nihil verò obtinere potuit. post Hartm. Maur, de Elect. Caroli V. Freher. in not. ad P. de Andl. lib. 2. c. 1. Sixtin. 1. de regal. 4. n. 35. Cubach. 2. I. P. c. 5. n. 4. Dn. D. Cluten. alleg. th. 24. lit. f. Dan. Otto, I. P. c. 10. pag. m. 165. Reinh. Königst. in Theat. Pol. p. 1. c. 29. n. 7. Aug. Bischer de Elect. Imp. concl. 6. n. 19. in fine.

Quest. 18.

48. Controvertitur tandem: An potestas Eligendi Electoribus competat, ut singulis, an verò, ut universis & Collegio? Posterius Aff. Per Text. A. B. tit. 4. §. wann vnd wie oft. ibi. vnd wann sie alle. § tit. 2. §. vnd wann die Eurfürsten. ibi, es haben dann ihrer 12. Et ita post Canonist. Henning. Gæden, tract. de Elect. Reg. Rom. c. 1. n. 6. 7. § 8. § c. 5. per tot. apud Melch. Goldastem part. 2. Pol. Imp. pag. 209. § 213. Simon Pistor. cons. 1. n. 9. Vol. 1. Vincent. de Franchis, decis. 2. per tot. § decis. 43. p. 1. Lupold. de Bebenburg de jur. reg. c. 6. Tob. Paummeister lib. 2. de Iurisd. c. 2. n. 39. Schönborner 4. Pol. c. 35. § lib. 5. c. 33. Althus. Pol. c. 14. pag. 148. Hœnnon. disp. Pol. 3. th. 48. pag. 138. Theod. Reintingst. lib. 1. cl. 3. c. 5. n. 3.

Quest. 19.

49. Consideratis personis Eligentibus, pervenimus nunc ad Personam Eligendam: de quâ generaliter constitutum est in A. Bulla, quod debeat esse Idonea. Lauglich. tit. 2. §. 2. ibi. der darzu tüchtig seye. Quod verbum omnia, quæ ad habilitatem Imperatoris requiruntur, sub se comprehendit, post Lupold. de Bebenburg de jur. regn. c. 10. § seq. Buxtorff. ad A. B. concl. 29. in fine.

50. Idoneitas autem Personæ eligendæ in seqq. potissimum consistit. 1. In Numero. 2. Sexu. 3. Patriâ. 4. Statu Vitæ. 5. Virtutibus. 6. Aetate gravescente. 7. Familiâ. & 8. Potentiâ.

51. PRIMO igitur ratione NUMERI Eligendus tantum Vnus, non plures. G. B. tit. 2. §. 2. § seqq. ibi. Ein Weltlich Haupt. Facit hinc Can. in apibus.

B 2

bus.

bis. 41. caus. 7. ibi. Imperator unus. quest. 1. l. 2. §. 11. ibi. ut necesse esset Reip. per unum. ff. de orig. iur. Laudensis in tr. de Principe. q. 132. Lancellot. T. O. I. lib. 1. c. 1. §. 1. q. 1. n. 7. & seqq. Natta consil. 506. n. 4. Hennig. Gæden. tr. de Elect. Reg. Rom. apud Melchior. Goldasten/ Pol. Imp. part. 2. pag. 220.

52. SECVNDO Quoad Sexum, non fœmina, sed Mas, eligendus, ut satis colligitur ex formula Iuramenti. *G. B. tit. 2. §. 2. Et Ratio Politica docet, In Regnis enim & Imperiis Electivis fœminæ planè à regimine exclusæ sunt. Arg. Genes. 3. & 16. 1. Cor. 11. v. 3. Coloss. 3. & 18. Ephes. 5. & 22. 1. Timoth. 2. & 12. 1. Pet. 3. & 1. c. mulierem. 17. caus. 33. q. 5. l. 2. ff. de R. l. l. 12. §. 2. ff. de Iudic. l. pen. ff. de edend. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Velleian. l. 14. C. de contrah. & com. stip. D. Augustin. in qq. super V. T. q. 45. Aristot. 1. Pol. 8. & 2. Pol. 7. Bodin. 6. de Rep. c. 5. Petr. Gregor. Tholosan. 7. de Rep. c. 11. Danæ. 3. Pol. Christ. c. 3. Keckerm. 1. syst. Pol. c. 2. Schönborner. 2. Pol. c. 12. Zach. Fridenreich. Pol. c. 10. Gerhard. dec. 2. qq. Pol. q. 4. Clariss. D. Berneggerus, Præcept. & promot. meus honorand. cent. 2. qq. Pol. in Tac. dec. 5. q. 9. & diatrib. 2. in Suet. Ces. c. 22. sect. 3. lit. e.*

53. TERTIO Ratione Patriæ & Nationis, non nisi Germanus eligendus. Simon Pistor. *cons. 1. n. 2. vol. 1. Petr. Heigi. 1. qq. 5. num. 6. & seqq. Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 95. & 96. Quod speciali lege ab Imperatore Ottone III. Constitutū esse, tradunt Cuspinian. in Vita ejus. Philip. Melanthon, lib. 4. Chron. in vit. ejus. Crusius. *annal. Suev. lib. 5. part. 2. c. 7. Spangenberg / Mansfeld. Chron. cap. 154. Nicol. Serari. lib. 1. rer. Mogunt. c. 26. Irenic. in exegef. Germ. lib. 3. cap. 33. Münster in der Cosmograph. in Gregor. V. Petr. de Andlo. lib. 2. c. 3. ibiq. Freher. in not. pag. 169. Clapmar. de arcan. Rerump. 6. cap. 19. pag. 235. Kirchner. *diff. 4. de Rep. th. 3. lit. c. Arumæ. vol. 1. Iur. Publ. diff. 5. Clariss. Dn. D. Besoldus l. 1. Pol. c. 5. n. 34. Quò etiam respexisse videntur Electores, Mog. Trev. & Saxonicus, quando in Electione Caroli V. testantur, se vigore iuramenti & Constitutionis Imperialis, non alium quam Germanum eligere posse, apud Sleidan. lib. 1. hist. pag. m. 16. 18. & 20.***

54. Germanus verò non tantum is est, qui in Germania, sed etiam qui extra Germaniam natus, modò parentes Germanos habuerit. *arg. l. 1. l. 6. §. 1. l. 17. §. 11. ff. ad Municipal. l. pen. ff. de Senator. l. 1. C. de municip. & orig. Simon. Pistor. cons. 1. n. 27. Henning. Gæden tr. de elect. reg. Rom. cap. 1. n. 4. & c. 4. n. 2. apud Melch. Goldasten. part. 2. Pol. Imp. pag. 209. & 213. Exempla sunt in Friderico II. Ferdinando I. Carolo V. Imperatoribus: De quibus Videantur Matth. Steph. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 99. & seqq. Buxtorff. ad A. B. concl. 31. lit. e. Ant. Coler. *diff. de Iure Imperij Germ. th. 35. vol. 4. Basil. diff. Cubach. 2. Iur. Publ. c. 14. n. 31. Reintingt. lib. 1. class. 3. c. 4. n. 12. & 13.**

55. QVARTO quoad vitæ statum Laicus, non Clericus eligi debet. Facit hùc *G. B. tit. 2. §. 2. ibi. Ein Weltlich Haupt. Sächs. Land und Lehenrecht lib. 1. c. 22. ibi. Er soll nicht sein Mann/ von der Pfaffen Fürsten Mann. Castald. de Imperat. q. 8. n. 7. Buxtorff. ad A. B. th. 31. lit. b. Dan. Otto I. Pol. c. 8. pag. m. 120.*

56. QVINTO Præcipua Idoneitas consistit in Virtutibus, Secundum Quas Eligendus Imperator, debet esse, I. Verâ Pietate præditus, *arg. Deut. 17. v. 15. 2. Cor. 6. v. 14. Ierem. 23. & 28. l. 8. C. de Summ. Trin. adde Anton. de Guevara, in Horolog. Princ. lib. 1. c. 1. Et Verus Christianus. arg. d. l. 8. & l. 1. cum seqq. d. t. Quia in salutem populi Christiani eligitur. G. B. tit. 2. in pr. ibi. zum Heyl dem Christlichen Volk. & caput temporale populi Christiani. fit Gul. Bull. tit. 2. §. 2. 3. & 4. II. Eligendus sit Iustitiæ & æquitatis Observator. *arg. proæm. Inst. G. B. tit. 2. in pr. ibi. Einen Gerechten. Sine Iustitiâ enim nul-*
lum*

lum Imperium in terris diuturnum esse potest. *N. N. zu Regensburg. de Anno 1603. §. wie hoch vnd viet. ibi. ohne welche. (sc. die heylsame Justitien.) kein Reich oder gubernament in der Welt immer bestehen kan.* Adde Pet. Gregor. Tholos. *lib. 10. de Rep. c. 2. per tot.* III. Ex virtutibus in eligendo, requiritur præcipuè etiã Prudentia, quam propriam Imperantis virtutem esse ait Aristoteles *4. Pol. c. 1. § 6. Eth. Nic. 6.* Adde Casum, *in spec. mor. lib. 6. c. 13.* P. Gregor. Tholos. *lib. 10. de Rep. c. 3. n. 1* Et non satis plenè contingit, nisi animo instituto & docto, teste Seneca *epist. 91.* Vnde propter Eruditione atq; doctrinam in Electione Imperat. An. 1519. valdè cõmendavit Franciscum I. Regem Gallia Elector Trevirensis, teste Sleidan. *lib. 1. histor. pag. m. 19. § lib. 19. pag. m. 449.* Plura de Eruditione Principum Videantur apud Castellan. *de off. Princ. lib. 1. c. 12. Iuni. part. 1. qq. Pol. q. 18. Keckerm. 1. syst. Pol. cap. 2. pag. 62. § seq. Reinh. König. Th. Pol. p. 2. c. 21. p. 151. § seqq. Joh. Suerber à Risenbach in Orat. de quæst. An Princeps debeat esse literatus? habitâ Basilea Anno 1605. IV. Eligendus Imp. sit Magnanimus. arg. l. un. C. de Thesaur. Ioh. Redin. de Majest. Princip. verbo. Magnanimus.* Quò etiam respexit Elector Trevirensis in Electione Caroli V. ut videre est ex Sleidan. *lib. 1. hist. pag. m. 19.* Et ut paucis omnia comprehendam, Princeps noster eligendus, quantum fieri potest, Omnibus in bono Principe requisitis virtutibus, decoratus sit, In quibus recensendis nolumus esse prolixiores, quia hæc ad Politicam Generalem potius, quam hanc nostram specialissimam, de virtutibus Eligendi Imperatoris materiam, pertinet, Lateq; de iis tractatur apud Ioh. Redin. *de Majest. Princip. Hipol. à Collib. in Princip. suo, cap. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Keckerm. 1. syst. Pol. c. 2. § 3. Iuni. part. 1. qq. Pol. 20. Schönberner. 2. Pol. c. 23. 24. 25. § 26. Hænon. disp. Pol. 3. th. 20. Reinh. König in Th. Pol. p. 2. c. 16. Dan. Otto. I. P. cap. 8. Matth. Steph. vol. 2. Iur. Publ. disc. 17. th. 4. § 5.* Et hanc Idoneitatem quoad virtutes, tribus verbis cõplectitur est Aurea Bulla. *tit. 2. in pr. quando tradit, quod eligendus debeat esse homo Bonus, Iustus & Utilis, Ein guter / gerochter vnd nützer Mensch.*

57. SEXTO Aetatem quod attinet, Cujus nimirum ætatis Eligendus esse debeat, nihil de eâ expressè constitutum est in Aurea Bulla. Iure Communi quidem minores 25. annis, ad honores publicos non admittuntur, *l. 6. §. 1. l. 11. ff. de decur. l. 8. ff. de mun. § hon. l. 2. in pr. ff. de Vacat. § excusat. mun. l. 2. § ult. ff. de jur. immunit.* Sed hujus observantia hîc non invaluït, quod ex multivariis exemplis patet: Constat enim ex historiis, Henricum III. anno ætatis suæ 12. Henricum IV. 8. Fridericum II. & Wilhelmum 20. Wenceslaum 15. Carolum V. 19. in Imperatores Electos esse. Consultus autem est gravescentis quodammodo ætatis Principem in Imperatorem eligi; quò etiam digitum intendebat Elector Trevirensis, dum in Electione Imperatoria Franciscum I. Galliarum Regem ratione ætatis Carolo Regi Hispanico præferret. Sleidan. *lib. 1. hist pag. m. 19.* Sic etiam Ludovicus V. 30. Carolus IV. 31. Maximilianus II. 36. Matthias I. 55. & Imperator Modernus, Ferdinandus II. 41. ætatis anno electi ad Imperium pervenerunt. Prout aliàs quoq; ætatis rationem habendam esse in Electionibus, Politici suadent. Keckerm. *1. syst. Pol. cap. 2. pag. 51. § 52. Schönberner. 2. Pol. cap. 7. Timpler. 2. pol. c. 2. q. 10. Hænon. disp. pol. 3. th. 26. pag. 90.*

58. SEPTIMO. Familia Generisq; profapia hodiè etiam potissimum in Eligendo Imperatore attendenda: Vt enim nunc omne ferè Regnum, obscuris parentibus natos eludit; ita etiam eosdem excludit Romanum Imperium

rium; ad quod nemo nisi nobiliore & illustriore loco natus sit, admittitur, prout antiquissima, cōsuetudo probat & Protestantes Principes expressè voluerunt in *Conditionibus Schœnefurti Anno 1532. propositis*, quæ habentur apud Goldasten/ *part. 2. Politischer Reichsh. 1. 4. pag. 144. in verbis*: Item das auch keiner zu der Hoheit eines Römischen Königs vnd zukünftigen Kensors erwehlt soll werden/ Er sey dann von einem Fürsten Teutscher Nation geboren. Comites tamen antehac etiã admissi fuerunt, ut Wilhelmus Comes Hollandiæ, Rudolphus Comes de Habsburg/ Adolphus Comes de Nassaw/ Et Guntherus Comes de Schwarzenberg. Hactenus autem per Trecentos annos ex familiã Austriacã Rerum gestarum gloriã clarissima Duodecim Principes & Archiduces in Imperatores Romanos electi fuerunt, ut Rudolphus I. Albertus I. Fridericus III. Fridericus IV. Albertus II. Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias I. & Ferdinandus II. nunc feliciter Regnans. Quod inter Admiranda sua retulit Iust. Lipsius. *prefat. in admirand.*

59. OCTAVO ET VLTIMO Idoneitas etiam quædam consistit in Potentiã, quæ in Electione consideranda. Iul. Pflug/ in orat. de ord. Rep. Germ. Interest enim Reip. per potentiores & ditiores regi, Petrutius à Montesperello, *conf. 24. n. 3.* ubi multis exornat. Vnde etiam Elector Saxonius Carolum Regem Hispaniarum propter summam potentiam Imperatorem esse voluit. Sleidan. *1. hist. pag. m. 20.* Quæ publica felicitas summaq; potentia etiam supra nominatam familiam Austriacam Imperio orbis terrarum admovit, teste Gerhardo de Roo *in annal. Austriac. lib. 1. c. 1.* Atq; hæc etiam videtur esse causa, cur hodiè ex eadem familiã ille plerumq; eligatur Imperator, qui simul Bohemiæ & Vngariæ Rex est, ut innuit ipse Carolus V. in designatione fratris Ferdinandi, apud Sleidan. *lib. 8. hist. in fine.* Anton. Coler. *de Iure Imp. Germ. concl. 35. fol. 4. dispp. Bas. Matth. Steph. vol. 2. disc. Iur. Pub. d. 17. th. 3. pag. 171. & 172.* Dan. Otto, *I. P. cap. 8. pag. m. 121.*

60. Et de his aliisq; similibus Virtutibus & Qualitatibus Eligendi Imperatoris ante suffragationem gravissima & diligentissima instituenda Consultatio: prout etiam ab Electoribus hactenus diligenter observatum fuit, Videatur Sleidan. *1. hist. pag. m. 16. & seqq.* Matencii *de Elect. Ferd. II. pag. 75. lib. 2.* Dubium namq; non est, omnia omninò, quæ consilio rectè geruntur, jure meritoq; effectu & firmitate niti. *L. 8. C. de LL.* Cum autem magna negotia magnis etiam adiutoribus egeant, ut ait Vellei. *Paterculus lib. 2. hist. cap. 127.* Nemoq; tanta præditus prudentiã sit, qui non majori indigeat, & cui nonnunquam facilimum desit consilium. Anton. de Guevara, *lib. 3. horolog. Princip. c. 8.* Idcirco etiam Electores, non soli hoc in casu deliberant, sed communicato consilio cum Consiliariis suis: & singuli duos Consiliarios in conclave ad deliberandum vocant, ex Goldasten/ *in relat. Electionum, Cubach. 2. I. P. c. 15. n. 6.*

61. Præmissã hæc seriã Consultatione succedit ipse Actus Electionis, Circa quem inspiciendum 1. Tempus intra quod Electio fieri debet. 2. Vota & suffragia. 3. Publicatio Electionis. & 4. Commissio Imperij.

62. Primò igitur Tempus quod attinet, Continuum illud, ut etiam Electio continua esse debet: nec enim ulli Electorum, vel nunciorum Francofurto discedere concessum, nisi prius Imperator Romanus Electus fuerit: quod si Electionem distulerint intra triginta dies, à die præstiti juramenti continuo numerandos: extunc pane tantum & aquã tam diu alendi sunt donec voluntates eorum & suffragia in unum consentiant. *G. B. tit. 2. §. 3.*
Eodem

Eodem ferè, mitiori tamen modo puniuntur Cardinales, si intra tres dies, postquam conclave intraverint, non fuerit provisum Ecclesiæ de Pastore, ut traditur in *C. ubi periculum. 3. §. in eodem autem palatio. Vers. Verum si (quod absit.) intra tres dies* *§. c. de Elect. §. Electi potest. in. 6.*

63. Deinde Vota & suffragia Electorum ut consideremus: Debent Ea esse Libera, non coacta. *Brandtacht. lib. 2. Epit. Iur. publ. c. 1. n. 31.* Sincera, sine omni pacto, stipendio & pretio. *G. B. tit. 2. §. 2. ibi ohn alles geding/botohnung/ Gaab/Berheissung/ &c.* Facit huc *arg. L. un. ff. ad L. Iul. de ambit. l. un. C. eod. tit. Simon. Pistor. consil. 1. q. 1. num. 30. §. seqq. Vol. 1. Castald. de Imper. q. 119. Henning. Gœden. tr. de Elect. Reg. R. c. 6. n. 4. §. seqq. Clariss. Dn. D. Befold. tr. de reg. success. disc. 2. lib. 2. §. 11.* Certa item non conditionalia & alternati- va, multò minus incerta vota huc concedenda. *arg. C. in. Electionibus. 2. de Elect. §. Electi potest. in. 6. Buxtorff. ad A. B. concl. 43. lit. b.* Neq; etiam huc valent vota per literas seu in scriptis missa. *G. B. tit. 1. §. vnd welcher Churfürst. ibi. kommen oder seine Botschafft bescheiden. §. tit. 4. §. wann vnd wie oft. ibi. zusammen kommen. juncto C. si quis. 46. §. absens. ult. de Elect. in 6.* Faciunt huc quoq; quæ tradunt *Lofæus de jur. Univers. part. 1. c. 3. n. 84. Sichard. ad rubr. C. de rescind. vend. n. 4. Fr. Marcus, decis. 784. vol. 1. §. plures ibid. allegati.*

64. Colligit autem per scrutinium suffragia Electorum, Archiepi- scopus & Elector Moguntinus, Illustrissimi Collegij hujus Decanus & Archi- præsul. Dn. D. Clutenius in *Sylloge th. 24. lit. g.* Eo ordine, quem Aurea Bulla præscribit, ut primum suffragium tribuat Archiepiscopo Trevirensi. 2. Co- loniensi. 3. Regi Bohemiæ. 4. Comiti Palatino. 5. Duci Saxonix. 6. Marchio- ni Brandenburgico. Quorum omnium votis perquisitis, ipse quoq; Mogun- tinus de suo voto exprimendo à dictis Electoribus Compellatur. *Gut. But. tit. 4. §. vnd wann sie alle. §. Zum Ersten. §. §. seqq.* Quod Ducē Saxonix nomine reliquorum expediisse scribunt, *Peucer. lib. 5. Chron. & Petr. Albinus In der Meissnischen Land Chronik. fol. 217.*

65. Hunc Ordinem votandi in persona Electoris Moguntini ex- consuetudine immutatum esse tradunt *Arumæ. disc. 3. ad A. B. th. 14. p. 134. Buxtorff. ad A. B. th. 45. lit. a. §. th. 50. lit. e. Reintingt. lib. 1. cl. 3. c. 5. n. 14. & 15. Reinh. König. Th. Pol. p. 1. c. 30. n. 58.* Ita isut nunc primum in Electione suffra- gium habeat, illudq; observatum ita fuisse in electione Caroli V. testes pro- ducunt *Sleidan. lib. 1. hist. pag. m. 16. & Georg. Sabin. de Electione Caroli, apud Melch. Goldasten. Pol. Imp. part. 1. fol. 124.* Verum ne eis fidem adhibeam, mo- veor Per Protocollū ipsum Electionis istius, ex quo patet, in eadem Electio- ne planè non recessisse Electores ab ordine votandi in A. B. constituto. Extat verò Protocollum hoc apud *Melch. Goldasten. part. 1. Politischer Reichshändel/ In- cujus tit. 26. pag. 41. hæc habentur, vnd als sie hinein kommen / hat der Erzbischoff zu Mayntz angefangen / vnd Erstlich den Erzbischoff zu Trier gefragt / wem er sein Votum vnd stim / &c. §. Paulo post. Darnach haben alle Churfürsten mit sampt der Böhheimischen Botta- schafft den Erzbischoff zu Mayntz gefragt / in wen er sein votum vnd Stim dirigiren vnd geben wotte. Addatur etiam Decretum Electionis, in dicto Protocoll. tit. 31. pag. 45. §. seqq.* Sleidanus igitur, & Sabinus in locis allegatis, de deliberatione tantum, non de suffragatione, quæ eam sequitur, intelligendi sunt, ut ex il- lorum verbis satis evincitur. Vltèrius de his Conferantur *Schard. tr. de Elect. orig. cap. 9. Cubach. 2. I. P. cap. 15. n. 31. §. 32. Bortius typ. I. P. c. 2. th. 32. lit. f. August. Vischeri diff. de Elect. Imp. Rom. concl. 25. n. 144.*

66. Non incommode etiam huc Quæritur: *An scrutinium Electo- ris* Quæst. 200.

vis Moguntini, publicè an secretè institui debeat? Iure Canonico quidem Eligentium vota secretè inquiri debent. *C. quia propter. 42. pr. ibi. secretè. ext. de elect. & Elect. pot. C. si quis. 46. §. absens. ult. ibi secretè de Elect. in 6. Nicol. Everhard. conf. 39. n. 5. Nicol. Boerius. decis. 1. n. 26. Arumæ. disc. 3. ad A. B. th. 22. pag. 139.* Verum nihil impedit, quo minus vota etiam publicè inquiri posse statuamus. Quod enim lex non requirit, id nec nos præcisè requirere debemus. *arg. l. 71. §. 5. ff. de acquir. vel amit. hered. l. 7. C. de religiof. & sumpt. fun. l. 4. C. de jure dot. l. 25. in fine ff. ad municip. Pruckman. conf. 24. n. 112. Vol. 1.* Atqui Aurea Bulla non requirit, ut scrutinium secretè instituat: sed potius ex contextu ejusdem colligere licet, illud posse publicè institui: Quia Moguntinus votum suum palàm exprimit. *Bul. Bul. tit. 4. §. derer aller Stimmen. ibi. seinen Willen vnd Stimm auch offenbahre!* Sic in Electione Caroli V. & Maximiliani II. publicè vota fuerunt collecta. *Buxtorff. th. 42. lit. f. Cubach. 2. c. 15. n. 22. & seqq.* Idemq; in Electione Imperatoris nostri Augustissimi Ferd. II. observatum fuisse patet ex *Matenesio. de elect. ejus. lib. 2. pag. 81. ibi. in aliud conclave secessit, ne videlicet suffragia Principum Electorum in suam personam conferenda, coràm audiret &c.* Dissentit. *Aug. Bischer! de Elect. concl. 25. n. 136. p. 96.*

67. Porro vota ita collecta conferuntur & ponderantur: Quemq; major pars Collegij Electoralis, electum esse cupit, pro electo haberi debet, perinde atq; si ab ipsis omnibus, nemine discrepante electus fuerit, *Bul. Bull. tit. 2. §. vnd wann. & §. wann aber sie. ibi. als ob die Wahl von ihnen allen.* Facit. *C. quia propter. 42. ibi. in quem omnes vel major. ext. de Elect. & electi potest. C. cum inter. 21. ibi. à majori. C. dudum. 22. ibi. numerus eligentium. eod. tit. Electores namq; eligunt ut collegium, per ea, quæ habentur *th. 48. hujus diff. In collegiis verò regulare est, ut major pars sufficiat. l. 19. ff. ad Municip. l. 160. §. 1. ff. de Reg. I. l. 3. 4. & §. ff. quod cujusq; univ. nom. l. 45. C. de decur. c. 1. &c. ult. ext. de ys que fiunt à maj. part. capit. R. U. zu Cölln. An. 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten! ibi. oder mehrertheil auf ihnen. R. U. zu Regenspurg. Anno 1576. §. da dann die sachen. Petr. Osterman. in rationalib. ad Instit. part. 1. lib. 1. tit. 2. §. 5. pag. 33.**

Quæst. 21.

68. Hic elegans occurrit Quæstio, *An sola majoritas numeri, an verò etiam sanioritas voti spectanda sit?* Prius Aff. Per Text. *A. B. tit. 2. §. Wann aber.* Vbi majoritas numeri tantùm, non etiam sanioritas spectatur. Si tamen majoris partis Electio, vel contra aliquam Imperij consuetudinem, vel in maximum Imperij præjudicium tenderet, nullatenus major numerus erit attendendus, *arg. c. 1. Vers. Quodcirca. ibi. ut nisi à paucioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit. extr. de his que fiunt à maj. part. Cap. & eorum quæ tradunt, Ioh. Petr. Surdus, conf. 65. n. 22. Gylmann. part. 2. decis. Cameral. decis. 8. n. 20. & 21. Bortius typo l. P. c. 2. th. 31. lit. c. Buxtorff. ad A. B. th. 34. lit. e. Dan. Otto, cap. 10. l. P. pag. m. 186. & 187. Martin Rümelin part. 1. ad A. B. diff. 3. th. 8. in fine.*

Quæst. 22.

69. De eo etiam pulchra quæstio est, *Vtrum majoritas suffragiorum, hic intelligi debeat, de majori parte respectu Eligentium, an verò respectu totius Collegij Electoralis?* Posterius Affirm. Quia in A. B. constitutum, ut quis à majori parte ipsorum sc. Electorum electus sit. *tit. 2. §. wo sie aber. ibi. Ihrer mehrertheit. & §. seq. ibi. wann aber sie oder ihrer mehrertheit.* Facit huc Text. in

C. Ec-

C. Ecclesia. 48. Vers. Verum cum super, extra. de Elect. & electi. potest. c. 1. euer.
de his qua fiunt à maj. parte cap. Latè de hac quæst. agunt Arumæ. disc. 2. ad
A. B. th. 16. Buxtorff. concl. 35. lit. e. Rümelin. part. 1. alleg. diff. 3. th. 9. pag.
38. & 39.

70. *Quis autem pro Electo Imperatore habendus sit, si paria, Quæst. 23.*
(qui casus contingere potest, uno vel tribus Electoribus emanentibus)
pro duobus vota existant? Admodum controversum est. Primò enim sunt,
qui tradunt controversam hanc Electionem per prælium definiendam esse,
à duobus istis paria vota habentibus, ut scribit Crantzius. lib. 9. Saxon. c. 26.
& Wilhelm Dillich / in Hessischer Chronic Rubr. die drey Eychen. fol. 51. & seq. edit.
Cassel. Anno 1608. his Verbis, Es seind nit alle Wahlen in Franckfort beschehen/
aber nach dem dieser Ort sonderlich darzu bequemet / vnd etliche Keyser daselbst erkohren / ist der
alte brauch auch bestätigt worden / das so offte zween König in Zwitracht erwehlet / der eine sich
mit seinem Bold vor diese Statt gelägert / vnd seines gegenparts Underthail Monat lang er
wartet hat / welcher nun das Feld behalten / oder aber sein gegenheyl aussenbitten / vnd also der
eine nicht abgetrieben worden / dem ist alsbald die Statt geöffnet / vnd Er für ein König gehal
ten worden. Verum hanc consuetudinem ad ea tempora referendam esse, qui
bus Electores plenarium jus Electionis nondum habuerunt, tradit Clariss.
Dn. D. Besoldus lib. 1. Pol. c. 5. n. 40. pag. 216. Neq; remedium hoc compo
nendi dissidij facile adhiberi potest, sine exitio gravissimo totius Imperij,
prout Germania nostra ante hac experta est in bello ab Imp. Ottone contra
Philippum, Friderici I. filium, ob electionem gesto, de quo Crantz. lib. 7.
Sax. c. 15. Hier. Megiser / in der Keyser Chron. pag. 274. & seq. Itemq; tempore bel
li inter Ludovicum Bayarum & Fridericum Austriacum per 8. annos conti
nuati, de quo Aventin. lib. 7. annal. Boj. Dubrav. lib. 20. hist. Boh. Hage
cius in Böhmischer Chronic. part. 1. fol. 382. Quidam hanc controversiam duello.
à duobus istis in dissidio electis decidendam esse, concedunt, ut Henric.
Böllner. disp. de Reg. Rom. elect. concl. 11. circa fin. vol. 4. disp. Basil. Sed minus
rectè, Controversias enim singulari provocatione & certamine dirimere,
magis turmales equites quam Principes decet, Guicciard. lib. 18. hist. Alia
incommoda ut nunc silentio præteream, quæ inde orientur, si vel unus, si
ve ambo (quod facile fieri potest,) duello hoc interirent. Alij porro asse
runt Consuetudine receptum esse, ut in casu discrepantis Electionis uterque
Electus Imperium administret, donec alter ex illis per Papam fuerit repro
batus, & ita per C. Venerabilem. 34. ext. de Elect. & gl. Henning. Goeden. in
de Elect. reg. Rom. c. 7. n. 3. apud Melch. Goldastem / part 2. Pol. Imp. p. 207 Aug.
Vischer Prof. Trevin. concl. 25. de Elect. Imp. num. 133. pag. 94. Sed neq; hic as
sentiendum erit, Quia Pontifici Romano nullum omnino Ius in Electione
Regum Romanorum tribuendum. arg. Compact. Elector. de Anno 1337. 6. Ju
lij & de Anno 1338. 8. Augusti. apud Christoph. Lehman / in Spenrisch Chronic. lib.
7. cap. 17. Melchior. Goldast. rom. 3. Const. Imp. pag. 409. Videatur & Georg.
Sigis. Seiden in consult. ad Ferd. I. Wiedesß Bapsta unbilligem begehren. zubegege
nens. pag. 32. & 33. Cum igitur Electio hoc in casu, utpote non à majore
parte facta, nulla sit, nullum etiam operabitur effectum. c. non præstat. 52. de
Reg. I. in 6. l. 5. §. 1. C. de Legib. l. 6. ff. quis satisd. cog. l. 8. §. 2. ff. de bon. poss.
contr. tab. Socin. conf. 115. n. 15 Val. 4. Ioh. Petr. Surdus, decis. 268. n. 8. Id
enim quod nullum est, nec confirmari, nec tolli potest. Cacheran. decis. Pe
demont. 34. n. 12. & decis. 39. n. 11. Dan. Otto lib. 1. Dialect. Jurid. pag. 15. Pro
inde si pars una ad alteram accedere noluerit, Electio de novo Instituenda
C
erit,

erit, Conferatur hiſce Arumæ. diſc. 2. ad A. B. th. 17. pag. 104. Cubach. 2. I. P. cap. 14. num. 52.

71. Quod ſi tandem Tres elegerunt Quartum ex numero ipſorum, poteſt Electus in ſui Electionem conſentire, ejuſq; voto numerus augetur. G. D. tit. 2. §. ult. Facit hûc C. cum in iure. 33. ext. de Elect. & elect. poteſt. Sic Elector Palatinus Rupertus à Moguntino, Trev: & Colon: electus, ſuæ Electioni conſentiens Imperator creatus eſt. Marquard. Freher. in not. ad Petr. de Andl. 2. c. 2. pag. 8. Melch. Goidaſt. in Pol. Imp. part. 2. diſc. 4. fol. 230. Buxtorff. ad A. B. th. 39. lit. d. Haud igitur conſeſſum erit Electori Coelectorum votis non auditis, proſilire & ſe ipſum ſuffragio nominare. Cur enim Imperator Carolus in A. B. alleg. loc. conſtituiſſet, licere certo tantum in caſu, (quando ſc. quis à tribus Electoribus jam denominatus eſt) ſuffragio ſe nominare, ſi ſimpliciter & ab initio ſtatim votum ſui ipſius concedere voluiſſet. Proinde tale votum tanquam ambitioſum, aliâs communiter rejicitur. arg. c. per noſtras. 26. ibi. quantumcunq; idoneus. ext. de jure patronat. gl. ad c. 33. ext. de Elect. in Verb. ex ſe vel alius. can. didicimus. 31. ubi gl. verbo, à ſe ipſo ortus. cauſ. 24. q. 1. l. ult. ff. de off. Prat. l. 4. ff. de tut. & cur. dat. Bald. in L. planè. 4. ff. quod cuiuſ. univ. nom. Lancellot. T. O. I. lib. 2. c. 1. §. 2. num. 6. Ioh. Philip. Monſpell. conſil. 51. num. 22. Borgnin. Cavalean. deciſ. 40. n. 445. Fr. Marc. deciſ. 1209. num. 3. part. 1. Cubach. 2. I. P. c. 14. n. 56. Arumæ. diſc. 2. ad A. B. th. 22. p. 115. & ſeqq. Rumelin, part. 1. diſc. 3. ad A. B. th. 14. pag. 43. Auguſt. Biſcherl diſſ. De Elect. Imp. conſul. 25. num. 132. pag. 94.

72. Tertio, Collectis & collatis ſuffragiis, à majori parte Electus Imperator, Primò in conclavi ab ipſo Electore Moguntino: Deinde coram populo per Decanum Metropolitanum Moguntiacum ben Thomdechant zu Mann publicandus & proclamandus eſt. Videantur Publicationes Imperatoria, apud Melch. Goidaſt. part. 1. Politischer Reichshändel pag. 59. & 60. & alibi. Mateneſ. de Elect. & Cor. Ferd. II. lib. 2. pag. 85. & ſeq. De ritu obſervando in Publicatione Pontificis videri poteſt. Simò Majolus, Epiſc. Vulturarienſis, dier. Canicul. continuat. part. 2. colloq. 6. §. alius modus eſt. Et ſi Electus præſens eſt tempore Electionis, cum publicatione ſimul populo in Aede ſacrâ D. Bartholomæi, ſiſtitur, ut ex relationibus Electionum tradunt Cubach. 2. I. P. cap. 15. n. ult. Bortius, in typo I. P. c. 2. th. 33. Brandtacht Epit. I. P. lib. 2. cap. 1. num. 35. Auguſt. Biſcherl de Elect. Imp. conſul. 26. n. 150. Sin verò abſens ſit, Electionis ſuæ per Legatos & literas certior reddi debet, ut in Electione Caroli V. factum eſt. Sleidan. lib. 1. hiſt. pag. m. 21.

73. Sic ritè & concorditer peractâ Electione, ſequitur, Quarto, Alterum Electorum officium, in Electionis actu adhuc perficiendum: quod eſt Commiſſio Imperij, quâ Perſonæ in Regem Romanorum Electæ Regimen & Imperium ab Electoribus traditur. Borti. alleg. c. 2. th. 10. & th. 34. lit. a. b. c. & d. Cum autem, ſecundum Platon. in Pol. Principatus nullis adſtrictus Legibus moleſtus ſit: Et infinita licentia, nulliſq; circumſcripta limitibus potentia, juſtitiam ſupprimat; exemplo Darij Regis apud Curt. lib. 3. c. 2. & Adronici Junioris, apud Niceph. Gregoram. lib. 8. hiſt. c. 26. Exinde Sapientiſſimæ quæq; gentes licentiam Regiam ſibi intra limites officij continendam exiſtimarunt, & quidem Iuriſjurandi Religione inaugurandos Principes ad certas Conditiones adſtringere res antiquiſſima eſt, præſcripta etiâ à Platone. lib. 9. & 12. de Legib. Et obſervata non tantum apud Antiquiores Gentes, ſed etiam Recentiores populos adhuc uſitata. Vtpote olim apud Perſas

Perlas, *Xenoph. lib. 8. de Inst. Cyri. Spartanos. Idem, de Rep. Laced. Romanos,*
Livi. l. 31. c. 50. Plin. in panegy. c. 64. Iudæos. 1. Sam. 10. v. 25. 2. Sam. 5. v. 3.
2. Reg. 23. v. 3. Veteres Francos, Christoph. Lehman/ Speyr. Chron. l. 2. c. 4. pag.
61. Hodie apud Hispanos, Lopez. en las partid. Hispan. tom. 1. p. 2. 3. & seq.
Parlador. 1. rer. quotid. c. 3. fol. 17. Steph. Iuni. Brutus. in iudiciis contr.
Tyrann. quæst. 3. pag. m. 144. Althus. Pol. 19. num. 42. Gallos, Bodin. lib. 1. de
Rep. c. 8. n. 88. pag. m. 138. Anglos, Scotos, Cambden. in descript. Mag. Brit.
lib. 1. Casus. 3. sp. ci. v. c. 5. Danos, Lauterbach. lib. 1. des. Regentenbuchs. c. 15. Sue-
cos, Chytræ. Chron. Sax. sub Anno 1593. & 1594. Ioh. Brünings/ tr. de homag.
Bon Erb. vnd Landtsbursdigung. th. 440. Hungaros, Ant. Bonfin. rer. Hung. dec. 4.
lib. 9. p. 661. Polonos, Arnix. relect. Pol. lib. 2. p. 1103. & alios. Nec enim hodie
 est in toto orbe Christiano, ullus Rex vel Princeps summus, cuius potesta-
 tem non comprimatur & circumcidatur, vel Iusjurandum, vel inita cum Ordini-
 bus Pactio, Dn. Frider. Herdteder *disc. de Capitulat. th. 4.* apud Arumæ. *Vol. 1.*
I. Pub. disc. 26. pag. 738. & Melch. Goldast. part. 12. Pol. Imper. disc. 2. pag. 612.
 Anton. Coler. *de iure Imp. Germ. concl. 32. vol. 4. disp. Basil.* Itaque consuetu-
 do hæc hæctenus etiam in Imperio Romano-Germanico obtinuit: Non enim
 absolutè Regimenta Imperij ab Electoribus committuntur, sed prius cum
 Electo Imperatore de forma futuri Imperij tractatur, & ita restrictè certis
 conditionibus & articulis cautione juratoriâ firmatis, ad Augustum hoc Im-
 perij solium, admittitur, *Videantur, Lazar. von Schwendi / in seinen Bedencken an*
Kay. May. Maxim. II. von Regierung des H. R. Reichs. S. 12. fol. 122. Donawertische
Information, fol. 370. Bortius typo I. P. c. 2. th. 36. Dan. Otto, cap. 10. I. P. p.
m. 190. & 191. August. Bischer/ Profess. Trevir. diff. de Elect. Imp. concl. 27.
num. 155. 156. 157. & seq. Clariss. Dn. Bernegger, centur. 2. qq. Pol. in Tacit.
decad. 6. q. 6.

74. Conventio hæc à certis Capitulis, quæ interveniunt Capitu-
 latio, Capitulation dicitur. Cubach. 2. c. 16. num 7. Anton. Coler. *alleg. diff.*
th. 33. Henning. Gerdesen/ disc. de Leg. Reg. Germ. c. 2. apud Matth. Stephan.
Vol. 1. Iur. Pub. disc. ult. pag. 196. Et describitur, Quod sit Lex Regia vel Im-
 perij, quâ populi Germanici summum Imperium in Imperatorem designa-
 tum certis Conditionibus transfertur. Magnif. Dn. Herdteder. *alleg. disc. th. 6.*
 Benedict. Carpozovius, *tr. de L. Reg. Germ. cap. 1. n. 7. Clariss. Dn. Iohan.*
 Limnæus. *in diff. de L. Regia, Altorphi Anno 1617. habitâ th. 9. lit. c. Cubach.*
d. c. 16. num. 8. Aug. Bischer/ alleg. concl. 27. n. 155. p. 100. Aliter Petr. Heigi.
part. 1. q. 2. n. 17. in fine. Aliter etiam Christian. Stebenthat/ Colleg. Pol. exer. 7.
th. 7. eam describunt. Quæ autem & qualia ista Capitula sint (cum singulo-
rum Imp. qui seculo hoc fuerunt, Capitulationes, typis expressè habeantur.)
 recensere nolo, sed ad eandem Lectorem benevolum remitto. Capitulatio
 Caroli V. refertur à Melch. Goldast. *tom. 1. der Reichsagung & breviter, à Sleid.*
lib. 1. hist. in fine. Ferdinand. I. extat apud Eund. Goldast. part. 5. Politischer
Reichshandel. pag. 162. Maximiliani II. part. 2. der Reichshandlung. Rudolphi II.
part. 12. Pol. Imp. pag. 608. & seqq. Capitulatio Matthiæ I. Anno 1613. edita
 est hæc inscriptione. *Extract der fürnehmsten articul vnd puncten so Königt. May.*
steiff vnd fest zuhalten/angenommen/bewilligt vnd zugesagt hat. de dato. Frankfurt den 18.
Iunij Anno. 1612. Itemq; Imperatoris Moderni Inviectissimi Ferdinandi II.
 publicè sub hoc titulo habetur. *Capitulation, Darauff die jetzige Röm. Kayf. auch*
zu Ungern vnd Böhheim Königt. May. Ferd. II. Von den Churfürsten des H. Röm. Reichs/
zum Römischen König vnd künfftigen Keyser erwehlet vnd angenommen / de dato. Frank-

fol. den 28. Augusti. Anno 1619. Et refertur etiam à Ioh. Bruningel / *diff. de Ho-*
magis, Bon Erb: vnd Landshuldigung / th. 429. Vol. 5. disp. Basil.

Quaest. 24.

75. *Vnde verò originem habeat Capitulatio Imp. Romano-Ger-*
manicorum? Non undequaq; expedita, sed in obscuro res posita est. Et
quidem Eam sub turbulento Henrici IV. Imperio primò natam, deinde tra-
ctu temporis magis magisq; auctam, incrementum præsertim sub Carolo IV.
dignitate Electoriâ, quoad in eam, quæ hodiè in usu est amplitudinem ex-
creverit, tradunt, Dn. Hordleder / *alleg. disc. th. 7. Illustrif. Princeps Ernest. Dux*
Sax. in orat. de L. Regia Germ. habita lenæ. An. 1609. apud Melch. Goldastem /
part. 12. Pol. Imp. pag. 614. Aug. Bischerl sæpè alleg. concl. 27. n. 156. pag. 101.
De quo tamen forsan non immeritò dubitatur. Nam Ius Saxonicum (quod
à Carolo Magno, An. Christi 810. in arce Turingia Sachsenburg / *singulari Pri-*
vilegio datum, ab Ottone I. An. 999. confirmatum dicitur. Vide Sächsisch Land-
recht. præfat. in gl. ad Verb. Gotr der da ist / Crantz. lib. 2. Sax. c. 21. Hier. Treutl.
vol. 1. disp. ff. disp. 1. th. 10. lit. a.) meminit etiam Iuramenti, *lib. 3. art. 54. ibi.*
Als man den König wehlet / soll er dem Reich hülde thun vnd schweren / daß er die Warheit sa-
gen wolle, vnd alles Vnrecht krencken / vnd daß er des Reichs Berechtigtheit beschirmen wolle / als
best er könne vnd möge. adde Sächs. Lehenrecht / cap. 14. n. 15. S. Sächsenpiegel / (cujus
author fertur Ecco de Rephaco.) lib. 3. art. 74. in gl. Præterea quoque Dn.
Melchior. Goldast rom. 3. Const. Imper. pag. 133. antiquiorum Capitulationum
mentionem facit, Conferantur Anton. Coler. de Iurisd. Imp. Germ. th. 33. in
sine, Bernh. Reineccius disp. de L. Regia, Germ. th. 9. S. Arnold. Engelbrecht /
de Iurisd. Imp. Germ. th. 69. S. 70. qui habentur, Vol. 4. disp. Basil.

Quaest. 25.

76. *Præterea controvertitur hîc: Virum Majestas Imperatoria per*
Iuramentum servandarum harum pactionum, obfuscetur S. diminuat?
Ita quidem statuunt Bodin. 1. *de Rep. c. 8. n. 87. Arnisæ. de Iur. Majest. lib. 1.*
c. 6. n. 5. S. aliq. Sed negandum per Iuramentum & Capitulationem Maje-
statem Imperatoris absorberi. Pertinent enim hujusmodi pactiones ad salu-
tem Imperij, ex qua ipsius Imperatoris etiam Majestas, salus & felicitas de-
pendet, Nec porro Leges fundamentales Majestatem tollunt: nam & Hispani-
as, Gallias, Angliæ aliq; Reges in leges Regni jurant, vid supra *th. 73. qui-*
bus tamen certè Majestas inviolabilis, manet. Addantur. Engelbrecht / de Iu-
risd. Imp. Germ. th. 71. Zabelius, Instit. Feudal. exerc. 3. th. 6. pag. 80. Reintingel
de reg. sec. S. Eccl. l. 1. cl. 3. c. 9. n. 4. S. 5. Reinh. König. Th. Pol. part. 1. c. 20.
num. 14. S. à. n. 80. usq; ad n. 100.

Quaest. 26.

77. *Itemq; Quæritur, An Capitulationem Imperator tollere, seu*
an aliquid contra eam agere possit? Et Respondetur Negando. I. Quia
Capitulationes Imp. Iurejurando confirmantur. *Vide Capp. in sine. ibi*
Inmassen wir dann das mit einem teidlichen Eydt zu Gott vnd dem H. Evangelio geschworen /
das sieb steth / fest vnd vnverbrochen zu haben / dem trewlich nachzukommen / darwider nicht zu sein /
zuthun / &c. Atqui Contra juramenta & fidem datam nemo venire potest. Lev.
19. vers. 12. Exod. 20. v. 7. Psam. 15. v. 4. Iosu. cap. 9. v. 3. Matth. 5. v. 34. l. 1. in pr. ff.
de pact. l. 25. in pr. ff. de pec. const. Felin. in c. querelam. 10. n. 7. ext. de jurejur.
Innocent. in c. ad Apostolica. 2. Col. 2. verb. de jera vit. de sent. S. re jud. in 6.
Wesenbec. in l. 1. C. de pact. num. 1. Andr. Fachinæ. lib. 9. contra v. cap. 58. col.
1794. Neq; Summus Princeps; In Principibus enim gravissimum est fidem
fallere. R. U. An. 1576. S. Wir wollen auch / Bald. conf. 343. col. 2. lib. 1. Tiber.
Decian. conf. 25. Frid. Pruckman. tr. de Regalib. membr. 2. c. 4. eff. 1. Si qui-
dem

dem horum ea debet esse fides, in his quæ receperunt, ut simplex eorum promissio pluris fiat quovis aliorum iurejurando. *Zas. conf. 10. num. 27. cum 2. adde Eundem, conf. 15. n. 140. cum seq. usq. ad fin. & Bald. consil. 327. num. 4. Vers. item veritas. lib. 1. II. Quia Capitulationes inter Imperatores & status initæ, habent vim & naturam contractus, ut patet ex Cappl. in pras. ibi. das wir vns demnach auß freyē gnädigē willen mit denselben. ic. dieser nachfolgenden Articulen Beding vnd Pactswaise/vereiniget/vertragen/ic. Vide Goldastē part. 5. Politischer Reichshandel / pag. 162. Atqui Contractus & pacta conventa omnino servanda. l. 24. in fine. ff. de pos. l. 47. in pr. ff. de evict. l. 1. §. 3. ff. à quib. appel. non licet. l. 23. l. 34. l. 84. §. 1. ff. de R. l. l. 8. C. de pact. l. 10. C. si cert. pet. l. 5. C. de O. & A. l. 12. C. de contrah. empt. l. 3. C. de resc. vend. Etiam à Principe; in contractibus enim habetur loco privati & æquè obligatur ac quilibet Privatus. Cynus in L. digna vox. 4. num. 7. C. de Legib. Bald. in l. 1. num. 1. ff. de pact. Decius. conf. 292. num. 7. & conf. 689. n. 6. & in l. civitas 27. num. 6. ff. si cert. pet. Gæden, conf. 32. num. 5. Tib. Decian. conf. 2. num. 100. conf. 25. num. 21. & conf. 29. num. 56. Petr. Belluga in spec. Princip. rubr. 9. n. 1. & ibi Camil. Borell. in addit. Schrader. de feud. part. 2. sect. 3. num. 77. & sect. 10. num. 238. Clariss. Dn. D. Cluten. diatribar. Novo-Justin. diatr. 4. th. 7. Et ita quoq; in terminis nostris Respondent Schurff. consil. 53. cent. 2. Roland. à Valle conf. 62. n. 5. vol. 2. Dauth. ad l. 3. C. de testam. num. 5. Zas. conf. 10. num. 6. 24. & 25. Gail. 1. obs. 41. num. 4. & 7. Obs. 55. n. 3. 4. 5. & 6. August. Bischer / Profess. Trevirensis in diss. de Elect. Imp. concl. 27. num. 160. pag. 106. Cubach. 2. I. P. cap. 16. num. 15. & seq. Dan. Otto. I. P. cap. 10. pag. m. 191. Rümelin. part. 1. disc. 3. ad A. B. th. 17. in fine. Dissentiunt Florent. à Venningen. consil. 16. num. 197. & seq. inter Consilia Claud. Canciuncul. & alij relati à Buxtorff. ad A. B. th. 7. lit. h.*

78. Porro peractâ Electione tenetur etiam Imperator confestim omnia jura & privilegia Electoribus competentia confirmare. *Gul. B. tit. 2. §. vnd die wei. ibi. Alle ihre Privilegien / Brieff / Freyheiten / Rechten / ic. ohn verzug vnd widerredt / durch sein Brieff vnd Insigel bestätigen.* Et licet in hoc textu reliquorum Imperij Procerum, quoad confirmationem Privilegiorum nulla omnino mentio fiat, attamen idem de reliquis Imperij Principibus, Comitibus, Baronibus, & statibus, in modernis Imp. Capitulationibus statutum reperitur; *in verbis vnd in alle weg sollen vnd wolten wir die Teutsche Nation des H. Röm. Reichs vnd die Churfürsten / als die vordersten Glieder desselbigen / auch andere Fürsten / Grafen / Herren vnd Stände / bey ihren Hoheiten / Würden / Rechten vnd Berechtigkeiten / ic. Jedem nach seinem Stande Confirmiren.* Goldastē part. 5. Politischer Reichshandel. pag. 163. & part. 12. Pol. Imp. pag. 604. Pluribus de Confirmatione hâc Privilegiorum, cum incidentibus quæstionibus agunt, Cubach. 2. I. P. cap. 20. num. 7. & seqq. Buxtorff. ad A. B. th. 37. pertot. Rümelin. part. 1. disc. 3. th. 15. & 16.

79. Hactenus de Necessariis ad Imperij Commissionem: sequuntur nunc quæ Accessoria, & ad solennitatem, celebritatem & pompam faciunt, ut sunt Inauguratio seu Coronatio, quæq; eam subsequuntur. Hier. Balbus lib. de Coronatione. cap. 20. apud Melch. Goldastē. part. 3. Pol. Imp. pag. 259. Matth. Stephan. lib. 2. de iurisd. part. 1. c. 1. n. 125. & seqq. pag. 20. Est, verò Inauguratio, nihil aliud quam congeries actuum solennium, quibus Electio & Commissio Imperij, quasi renovatur & confirmatur ad auctoritatem Electo stabiliendam & personam ejus omnibus & singulis notam faciendam. Althus. Pol. 19. Matth. Bortius typol. P. cap. 2. th. 38. Dan. Otto.

I. P. c. 10. pag. m. 193. Nihil itaq; novi hinc in Coronationis actu accedit Electo Imperatori, sed ex solâ Electione post initam Capitulationem & Confirmationem Privilegiorum acquirit Is, potestatem administrationis, Nomen Imperatorium, aliaq; Consequentia. Arg. deducto ex *A. B. tit. 2. §.* Und die weit. *ibi.* so bald solche Wahl vollbracht ist / ehe dann er in einigen sachen oder geschâfften / in krafft des Reichs handelt. Iuncto. *C. in nomine. 1. Vers. quod si pravorum. ibi. electus tamen. dist. 23.* Quetta. *conf. 1. num. 16.* Cacheran. *conf. 50. n. 3.* Corneus, *consil. 177. n. 15. Vol. 1.* Dretzler. *in concordantiis ad Consil. Beroi, vol. 1. conf. 1.* Anton. Gabriel. *comm. conclus. lib. 5. concl. 3. n. 6.* Schwanman. *Obs. Cameral. 2. n. 5. v. ampliatur. pag. 9* Ludpold. de Bebenburg. *de jur. regn. cap. 5. 6. § 10.* Matth. Steph. *de Iurisd. lib. 2. part. 1. c. 1. n. 120. § seqq.* Tob. Paurmeister *lib. 2. de Iurisd. cap. 4. num. 5. pag. 388.* Schönborner. *5. Pol. cap. 8. p. 505.* Reintingt. *1. cl. 3. c. 8. num. 21. § alij.*

80. Coronationem igitur Imperatoriam quod attinet, olim Tres Coronæ, Electo Imperatori Romano imponi solebant. 1. Lombardica. 2. Romana. 3. Germanica. *Sachsenspiegel. lib. 2. art. 52. ibi. Glossa Germ. in verb. Wann er dann gewenhet wirdt.* Hier. Balb. *de Coronat. c. 10.* apud Melch. Goldast. *part. 3. Pol. Imp. pag. 252.* Paul. Iovius *lib. 27. hist. pag. 237.* Fr. Zoannett. *14. de Imper. num. 248.* Castald. *de Imper. q. 33. n. 4.* Cur autem triplici corona condecorati fuerint, variè disquiritur, Confer hâc de quæstione, Hieron. Balb. *de coronat. c. 3.* Schneidevvin. *comment. Instit. in rubr. num. 6.* Schönborner. *5. Pol. 9. pag. 506. § 507.* Cubach. *2. I. P. c. 17. num. 27.* Reintingt. *1. cl. 3. c. 8. n. 14. § 15.* Reinh. König. *Theat. Pol. part. 1. cap. 21. num. 80.* Matenes. *lib. 3. pag. 130.*

81. Et quidem Lombardica Coronatio quondam ab Archiepiscopo Mediolanensi solâ Coronæ impositione sine unctione fieri solebat, postea Romam translata, ubi paulò ante coronationem Pontificiam, à Cardinali quodam expediebatur. Sed jam dudum usu ea sublata est, ut tradunt Hieron. Balb. *de Coronat. cap. 21.* Marq. Freher. *in not. ad P. de Andl. lib. 2. cap. 6.* Paurmeister. *2. de Iurisd. c. 4. num. 2.* Cubach. *2. I. P. cap. 18. num. 2. 3. § 4.* Dan. Otto. *cap. 10. I. P. pag. m. 202.* Rümelin *part. 3. disc. 6. th. 8.*

82. Cujus autem substantiæ fuerit hæc Corona Mediolanensis, Scriptores variant. Argenteam eam esse tradunt, Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 6.* Boter. *in Cosmogr. part. 1. lib. 1. fol. 96.* Reintingt. *lib. 1. cl. 3. c. 8. num. 15.* Alij dicunt esse eam ferream, ut Marq. Freher. *in not. ad alleg. cap. 6.* Petr. de Andl. *in Verbo, Argenteam.* Onuph. Panvini. *de Comit. Imp. c. 11. & alij, referente Hieron. Balbo. de Coronat. c. 21.* Sed verius videtur esse eam auream & pretiosissimam, Cujus testes sunt, Carol. Paschalius, *in Comment. de Coronâ Imperiali,* apud Melch. Goldast. *part. 3. Pol. Imp. pag. 242.* Sigon. *lib. 1. de reg. Ital. Cubach. 2. I. P. cap. 18. n. 6. & novissimè Matenes. alleg. lib. 3. pag. 130.*

83. Romanam Coronam Imperatores Electi à Pontificis Romani manu, Romæ vel alibi accipiebant. *c. Venerabilem. 34. § ibi CCta. extr. de Elect. § el. pot. N. U. zu Augspurg. Anno 1530. in prafat. ibi.* und unsere Kaysertliche Ordnung / welche wir zu Rom hetten hoten mögen / zu Bononien auch empfangen. Hier. Balbus. *de coronat. c. 21.* Plura videantur apud Goldast. *part. 4. Pol. Imp. à pag. 290. usq; 343. § part. 3. Politischer Reichshändel. p. 155.* Et hæc Coronatio olim sumptibus ingentibus expediebatur, propter Comitatum Regi Romano Romanam proficiscenti à statibus præstandum, qui vulgò Expeditio Romana, oder Römerzug / dicta erat; de Quâ Extat *Constitutio Caroli III. Imp. Crassi dicti,* apud

apud Melch. Goldast. tom. 1. Const. Imp. pag. 207. quam unā cum Commentariis Marq. Freheri proximo Anno 1627. Ampliff. Dn. D. Cluten. Prac. hon. typis divulgavit. Videantur de eadem ulterius, Sächs. Lehenrecht. c. 4. ibi. wann aber die Teutschen. N. U. zu Wormbs. Anno 1521. S. auch haben vns Churfürsten / Burschen / 20. ibi. Ein dappfere grosse hü. ff. nemblich 4000 zu Ross / vnd 20000. zu Fuß etc. bewilligt vnd zugesagt. Zobel. part. 3. diff. 24. Christoph. Lehenman / in Spenrischer Chronik. lib. 2. cap. 42. Matth. Wehner / in pract. Obs. verbo. Römerzug. pag. 574. & 575. Reintinget lib. 1. cl. 3. c. 8. n. 25.

84. Lis verò hinc movetur, An Pontificis Romani Coronatio necessaria sit? Communis ferè Canonistarum aliorumq; Pontificiorum Doctorum opinio est: Electum, sed non à Pontifice coronatum Imperatorem, non rectè Imperatorem dici, nec Imperium legitimè administrare, proindeq; hanc coronationem summè esse necessariam. Sed nullo modo hæc opinio amplectenda est. Quia Carolus IV. alioquin Pontificiæ religioni addictissimus nullo verbulo in Aur. Bulla Pontificis Coronationem requirit: quod utiq; fecisset, si eam tam necessariam duxisset, prout aliàs de Coronatione Germanica expressa constitutio est. tit. 25. S. Wir finden auch. Quod autem Lex non requirit, nec nos præcisè requirere debemus. l. 64. S. 2. ff. sol. mat. l. 71. S. 5. ff. de acquir. vel omit. hered. l. 5. C. de repud. l. 4. C. de iure fisci. C. consuluit. 20. caus. 2. q. 5. C. jam nunc. 8. caus. 28. q. 1. Nicol. Everhard. in Loc. à lege cessante. 81. num. 1. Confirmat hac etiam Author des Sächsenspiegels lib. 2. art. 52. ubi gl. Germ. Verbo, Wann er dann gewenhet wird / ibi. Die Wahl gibt ihm das Reich vnd Kenserthumb / ob ihn gleich der Papsst nimmer bestättiget / Et, ut masculè ait Georg. Sigis. Seiden. S. R. I. Viccancel. in seinem bedencken an Kers. Ferd. I. S. Zum 22. fol. 35. Vnd würde müssen der Bode brechen / ehe man dem Römischen Stui hierin weichen könte. Facit I I. Pro hac sententia Constitutio Imperialis Ludovici IV. Bavari, quæ Pontificis coronationem necessariam esse non concedit; Verba Eius Const. referuntur ab Alb. de Rosate in L. benè à Zenone. n. 4. C. de quad. præsc. Hieron. Balbo, de Coronatione cap. 19. & Melch. Goldast. tom. 3. Const. Imp. pag. 41. Eiusq; mentionem faciunt ex Historicis, Münster. lib. 3. der Cosmograph. cap. 24. Spangenberg in der Mansfeld. Chronik. c. 282. Wolff. cent. 16. rer. mem. pag. 476. Hinc 3. Multi Imperatores legitimi & veri fuerunt, qui, à Pontifice Romano, nec coronati sunt, nec coronari voluerunt. Quales fuerunt Conradus I. & II. Rudolphus I. & II. Albertus I. & II. Maximilianus I. & II. Ferd. I. Matthias I. & nunc felicissimè regnans Imp. Ferdinandus II. Et Quæso quis Romanus Pontifex coronavit Imperatores Constantinopolitanos? Quis ante Constantinum consecravit Ethnicos Imperatores? Et quis ante Carolum Magnum Christianos Cæsares? Nullus certè; fuerunt tamen & illi veri Imperatores. Tandem huic sententia nostra patrocinantur, Bald in L. benè à Zenone. num. 7. & Alb. de Rosate n. 16. C. de quad. præsc. Quetta cons. 1. n. 17. Mandel. cons. 62. num. 31. Parisi. cons. 1. num. 4. lib. 2. & cons. 50. num. 31. lib. 4. Pacian. de Probat. lib. 2. c. 35. n. 32. & seq. Hier. Balb. de coronatione. c. 17. 18. 19. & 20. Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. num. 142. & seqq. Dn. D. Cluten. in Sylloge, tk. 4. lit. k. Thom. Michael, de Jurisd. concl. 3. lit. c. vol. 1. dissp. Bas. Anton. Coler. de iure Imp. Germ. concl. 6. Engelbrecht / de Jurisd. Reip. Rom. th. 64. & 65. cum seqq. Vol. 4. dissp. Bas. Zabeli. dissp. Feud. 3. th. 6. pag. 84. Buxtorff. ad A. B. th. 38. lit. c. & d. Cranius, diff. de pace Relig. part. 1. probl. 6. pag. 77. Cubach. 2.

Quæst. 27.

I. P.

I. P. 18. num. 10. § seqq. Dan. Otto, I. P. cap. 10. pag. 203. Arithmæ. peric. Acad. part. 2. disp. 3. pag. 65. § seqq. Cruger, Colleg. Pol. disp. 5. th. 39. Hœnon. disp. Pol. 3. th. 36.

85. Sola igitur & unica tantum Coronatio Germanica hodie remansit: Quæ etiam necessaria est. I. Propter Ordinationem Imperialem. *Bul. Bul. tit. 25. §. Wir finden auch. N. U. zu Wormbs. An. 1521. in præfat. ibi. Unsere Crönung zu forderst in der Statt Nach/2c. 2. Propter antiquam & laudabilem consuetudinem. N. U. zu Augsburg! An. 1566. in præfat. ibi. vund löblichen brauch. Goldast. part. 3. Politischer Reichshandel. pag. 150. Circa eam autem hæc tria notanda veniunt. 1. A quò, 2. Vbi, & 3. Quibus actibus perficiatur.*

86. *Primo* itaq; Coronatio peragitur ab Archiepiscopo Coloniensi. *Bul. Bull. tit. 4. §. Zum andern. ibi. das Ampt zugehört einem Römischen König die Cron aufzusetzen. Addatur Matenes. de Elect. § Cor. Ferdinand. II. lib. 3. pag. 98. § 99.*

Quæst. 28.

87. Sed Quæritur: *Si contingat Archiepiscopum Coloniensem nondum pallio Episcopali vestitum esse, à quo tunc coronatio peragenda sit?* Cum consecrare, inungere & coronare Reges sit munus Episcopale, *gl. in C. quoniam quidam. 1. dist. 100. gl. in C. quod sicut. 28. §. super eo. Verf. præterea. in verbo, sine pallio. ext. de Elect. § Elect. potest. Ea verò quæ sunt Ordinis & muneris Episcopalis Electus Episcopus ante acceptum pallium expedire non possit. C. nisi specialis. 3. C. ad honorem. 4. C. cum sis. 6. extra, de auth. § us. pall. C. quoniam quidam. 1. C. pallium. 4. dist. 100. C. quod sicut. 28. alleg. §. extra de Elect. Fr. Marc. decis. 49. num. 5. part. 2. Idcirco in tali casu officium inunctionis & Coronationis non ad Coloniensem, sed Archiepiscopum Moguntinum pertinebit: Et ita in Coronatione Maximiliani II. Rudolphi II. & Matthiæ I. Imperatorum observatum fuisse tradunt Buxtorff. *ad A. B. th. 48. lit. d. § e. Cubach. 2. I. P. cap. 17. num. 14. Rümelin. part. 3. ad A. B. disc. 6. th. 7. in fine. In Electione res secus se habet, ut dictum supra th. 9.**

88. *Deinde* quod attinet Locum ubi Coronatio hæc perficienda, in Aurea Bulla destinata est Vrbs Imperialis, Aquisgranum, *Nach § B. tit. 25. §. Wir finden auch. Vbi etiam Carolus V. Coronatus fuit. Videatur. N. U. zu Wormbs. An. 1521. in præfat. ibi. Unsere Crönung zu vorderst in der Statt Nach/ wie sich inhalt der Guldenen Bull/ vnd der H. gesetz gebühret/ empfangen haben. & Discurs, Von Crönung Carols V. apud Melch. Goldast. part. 3. Politischer Reichshandel. pag. 151. § seqq. Sed observandum locum hunc non semper strictè observatum esse & hætenus Electos simul quoq; in loco Electionis coronatos fuisse, ut exempla testantur, Ferdinandus namque I. & II. Maximilianus II. & Matthias I. Francofurti, Rudolphus verò Ratisbonæ coronati fuerunt. *Vide Wahl vnd Crönungshandlung Keyser Matthiæ apud Melch. Goldast part. 1. Politisch Reichsh. pag. 99. Matenes. de Elect. § Cor. Ferd. II. lib. 3. pag. 86.**

89. *Tertio* Actus Coronationis perficiendæ sunt vel *Essentiales*, vel *Accidentales*. *Essentiales* sunt Quatuor. I. Vnctio. 2. Insignium traditio. 3. Iuramenti præstatio, & 4. Inthronizatio.

90. *Primum* itaq; Coronandus Imperator Inungitur, ad Imitationem Ritus in V. T. Vsitati, quo Reges populi Iudaici præcipuè inungebantur, ut exempla docent. *1. Reg. 1. v. 34. § 39. 1. Sam. 10. v. 1. § 16. v. 12. § 13. adde*

13. adde C. un. S. unde in V. T. non solum. extra, de sacrâ. unct. De modo vero hujus Vnctionis conferantur, Melch. Goldast. part. 1. Pol. Imp. pag. 177. & part. 1. Politischer Reichsh. pag. 101. Matenes. alleg. lib. 3. pag. 104.

91. Post Inunctionem traduntur Deinde Imperatori Insignia, seu Regalia & symbola S. R. Imperij, die Königl. oder Keyserliche Zierden/ quorum traditione quasi in possessionem Regni solenniter immittitur. arg. S. item si quis 44. Inst. de Rer. divis. l. clavibus. 74. ff. de contrah. empt. Insignia autem ista asservantur & custodiuntur, Noribergæ & Acquisgrani, ac tempore Coronationis ad ejus actum Francofurti institutum per Legatos adducuntur: Suntq; potissimum hæc, 1. Gladius. 2. Amictus. 3. Sceptrum. 4. Pomum aureum, seu Orbiculus Imperialis, & 5. Corona. Das Schwerdt vnd Keyserlicher Habit Caroli Magni, Scepter/ReichsApffel/vnd Cron/ Quæ omnia & singula recensentur latiusq; describuntur apud Melch. Goldast. in locis proxime citatis, Matenes. lib. 3. pag. 107. & seqq. Mart. Crus. annal. suev. part. 2. lib. 5. cap. 7. sub fine. Addantur Sachsenspiegel/ gl. Germ. lib. 3. art. 6. Verbo. der Keyser seyhet als ten. Gustav. Selenius lib. 1. Vom Schachspiel c. 5. in fine. Petr. de Andlo lib. 2. c. 6. & 8. Ibidemq; Marq. Freher. in notis.

92. Obiter hinc incidit Quæstio movenda de Coronæ hujus substantia, An sc: aurea ea sit? Quidam Ferream, Alij Argenteam eam esse tradunt. Sed omnes errant: Siquidem Corona Caroli Magni, quæ Acquisgrani (nunc Francofurti) imponitur, non ferrea, nec argentea, sed ex puro auro fabricata est, Cujus testes Oculati sunt, proindeq; certissimi, 1. Hieron. Balbus Episcopus Gurcensis, lib. de Coronat. cap. 21. in Verbis. At in Germania. 2. Hartm. Maurus Consiliarius Archiep. Colon. in Relat. de Coronat. Caroli V. S. in super Coronam Caroli non ferream &c. Apud Melchior. Goldast. part. 3. Pol. Imp. pag. 260. in fin. & pag. 271. in fine. Et 3. Gerl. Buxtorffius, Reip. Bremens. Syndicus, (qui nuper in Legatione Praga obiit) diss. ad A. B. concl. 46. lit. f. Cæterum totalem descriptionem hujus Coronæ tradit Ioh. Frid. Matenes. alleg. lib. 3. pag. 87. & 88. qui præterea, pag. 130. cit. lib. 3. asserit Omnes tres Coronas, quæ olim Imperatori Romano Imponebantur, Mediolanensem sc: Acquisgranensem & Romanam, aureas esse, contra communem istam fabulam, 1. Ferream. 2. Argenteam. & 3. Auream Coronam esse, fingentem.

93. Tertius Actus Essentialis est Præstatio Juramenti duplex. 1. statim ab initio, ante inunctionem, ad quæstiones à Consecratore propositas & responsiones datas. 2. factâ traditione Insignium Imperij & peractâ Coronatione, ut docent supra citatæ relationes ex Melch. Goldasten & Matenesio lib. 3. Pag. 103. & 109.

94. Quartus Actus est, Inthronizatio, quâ Imperator Comitantibus Electoribus, in Solium Regium, (auff den hohen Keyserlichen Thron vnd Sitz) panno Attalico sive aureo undiq; ornatum, pretiosissimoq; tegmine superinductum, cum verbis benedictionis, collocatur. Videatur Matenes. lib. 3. pag. 110. Sic collocatio in Thronum Regium usitata etiam fuit apud Populum Iudaicum, 2. Reg. c. 11. v. 19. Et hodie frequentatur in inauguratione Pontificis Romani. C. in nomine domini. 1. Vers. quod si. dist. 23.

95. Et hos actus Essentiales, insequuntur etiam Accidentales, ut sunt: 1. Salutatio & Gratulatio Coronantis Archiepiscopi, quâ suo & Coelectorum nomine, Impetatori in Throno Cæsareo adhuc sedenti, felix Im-

D. perij

Quæst. 29.

perij auspiciū præcatur. Quo factō. 2. Imperator in Eodem thono sedens Equites Auratos creat. 3. His adjungi possunt Pompa, quā Coronatus ex templo in domum comitatur & reducitur, Acclamations faustæ, Sparsio Nummorum Aureorum & argenteorum, Convivia solennia, Hastiludia Magnatum, aliæq; Principum ad Circulum decursiones, Choreæ, Et alia quam plurima, quæ facilius interdum excogitantur inque theatrum producuntur quam postea annotari & describi possunt. De quibus omnibus & singulis latius agunt, Relationes apud Melchior. Goldasten *Pol. Imp. part. 1. pag. 147. 155. 170. & seqq. part. 3. pag. 236. 244. 264. & 277.* Et *part. 1. Politischer Reichshändel. pag. 94. & seqq. part. 3. pag. 150. & seqq. Dn. Schadæu. p. m. In Historischer Continuation Sleidani, part. 5. lib. 1. sub Anno 1612. colum. 15. & seqq. & col. 24. cum seqq. Brandfortische Relationes, de An. 1612. & 1619. Matenes. sæpè cit. lib. 3. per tot.*

96. Non solum autem, ut jam diximus, Imperator, sed etiam Regina Romana, si adsit, paulò post coronatur: Romani enim Imperatores Serenissimam Augustam, æquo per omnia Iure secum esse voluerunt. *L. 31. ff. de Legib. l. 6. §. 1. ff. de jur. fis. l. 3. C. de quad. præsc. Facit. G. B. tit. 24. §. ult. ibi. Ein Keyserin/nc. Splendent namq; uxores honore mariti. l. 8. ff. de senat. l. 13. C. de dign. & indignum vetustas judicavit, marito in altissimo honoris gradu collocato, uxoris dignitatem pariter non concretere. l. 28. C. de nupt. l. 22. §. 7. ff. sol. matr.* Porro de Coronatione Imperatricis videantur *Discursus & tractatus apud Melch. Goldasten. part. 4. Politischer Reichshändel. pag. 158. & seqq. Et part. 1. pag. 99. conferatur & Schadæus in cit. part. 5. lib. 1. col. 29. & seqq.*

97. Præcedentibus actibus annecti nunc conclusionis loco possunt, Officia Electorum, quæ Imperatori præstantur, in solennis Curia celebratione, wann ein Römischer Keyser in seiner Majestet zu Tafel sitzt / vñnd offentlichen Hoff begehret. Vbi Ecclesiastici Electores stantes ante mensam, eidem benedicant, aliaq; ad Religionem & cultum Divinum pertinentia, curant: Ex Secularibus Verò Primò Dux Saxonie Archimareschalli officium exercet. 2. Marchio Brandenburg. Archicamerarius aquam & manutergium subministrat. 3. Elector Palatinus Imperij Archidapifer primum cibum regia mensæ apponit: Rex autem Bohemie primum potum Imperatori porrigit. Quibus peractis ipsimet Electores ad suam quisq; mensam confident & Regio quoq; prandio excipiuntur. Sed de his omnibus & Singulis pluribus agitur in *A. B. tit. 25. per tot. & Relationibus Coronationum passim.*

98. Et hi quatuor Electores Politici, singuli suos perpetuò destinatos habent vicarios & sub officarios; quos des. Heiligen Römischen Reichs Erb-ampmänner / vocat Christoph. Lehenmann in Sperr: Chron: lib. 7. cap. 127. Bohemie Regis Vicarius est Pincerna, Baro de Limpurg. Palatini Electoris Dapifer est Baro de Waldburg (olim Baro de Nordenberg) Ducis Sax: Mareschallus, Baro de Pappenheim & Marchionis Brandenburgici Vicarius Camerarius, Comes de Hohenzollern (olim Baro de Balckenstein. Vide G. B. alleg. tit. 25. §. vñnd wann also / Ampliff. Dn. D. Cluten in Sylloge th. 24. lit. a.

Quæst. 30.

99. Quæritur Si aliquem Electorum Politicorum absentem esse contigerit; Vtrum ad ejus Legatum, an verò Subofficiarium pertineat administratio officij Aulici? Mota fuit hæc Controversia in Coronatione Caroli

Caroli V. inter Legatum Regis Bohemiae & Subofficiarum Pincernam de
 Simpurg. Sed pro Pincerna decisum fuit, teste Hartman. Mauro apud Goldasten
 part. 3. Pol. Imp. pag. 274. Prout etiam in actu Coronationis Matthiae I. &
 Imperatoris Moderni Ferd. II. observatum fuit. Iungantur hisce Dn. D.
 Clutenius alleg. loco. Buxtorff. ad A.B. concl. 51. lit. b. in fine. Arumæ. ad A.
 B. disc. 6. th. 43. pag. 326. Rümelin. ad A. B. disc. 5. th. 25. part. 3. Cubach.
 2. I. P. c. 27. n. 30. § 31. Zabeli. diss. Feudal. 7. concl. 3. lit. a. Dan. Otto, c.
 10. I. P. pag. m. 192. Matenesi. lib. 3. pag. 114. § 115. Et si contigerit cum Ele-
 ctore etiam subofficiarum abesse, itidem non Legatus, sed ordinarius Cu-
 riae Imperialis Officiarius officium hoc expedire debet. G. B. tit. 26. §. Data
 nach wann die andern. *ibi.* so sollen die Amptleut des Keyserlichen oder Königl. Hoffsch.
 Nam cum officia hæc sint personalia, per nullos alios, quam à lege destina-
 tos, expediri possunt. l. 9. ubi gl. ff. de curat. furios. Cubach. alleg. c. 27. n. 14.

*Et tantum, De Objecto Consensus Electoralis, Actus
 Electionis & Coronationis.*

De Conclusionem Conventus Electoralis, Et Discessu Electorum.

SECTIO.
 A. Et VI-
 tima.

100. **S**IC feliciter per Dei gratiam peracta Electione & coronatione Impera-
 toris, quarum causam Comitatus Electi instituta fuerunt, tandem eadem finiuntur
 rursus & dissolvuntur: Imperator itaque Electores & nuncii post
 mutuas Valedictiones, Francofurto insigni cum Comitatu discedunt, & domum
 stationemque Aulicam versus nach ihren gewöhnlichen Hofftagern proficiscuntur. Qui-
 bus non minus hic in Secessu, ac in Accessu Salvus Conductus à statibus
 præstandus est. G. B. tit. 1. in pr. *ibi.* vnd ihnen ungefährlich Geleit gegen der Statt/da
 solche Wahl beschehen / vnd widerumb davon geben soll. Nam Salvus Conductus ad
 Eundem datus, continet etiam facultatem redeundi, arg. l. utimur. §. ubi
 Gothofr. in not. lit. p. ff. de sepulch. violat. l. si venditor. 10. ff. de religios. §
 sumpt. fun. leg. 53. §. 1. ff. de act. empt. l. 40. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 5. C. de
 his qui ad Eccles. confug. l. 1. C. de Navicul. Novel. 80. c. 9. Novel. 117. cap. ult.
 Gail. l. 2. de Pace Pub. c. 11. n. 8. § lib. 1. Obs. 52. n. 5. Mynsing. §. Obs. 20. n. 3.
 Modest. Pistor. cons. 49. n. 35. vol. 2. Coler. de Process. Execu. part. 4. c. 1. n. 220.
 Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 336. n. 15. Specthan. cent. 1. qq. Iur. q. 1. Arumæ. ad
 A. B. disc. 1. th. 20. pag. 32. § 33. Cubach. cent. 3. illustr. contr. decur. §. quest. 5.
 pag. 762. § 763. Item lib. 2. I. P. c. 11. n. 50.

EPILOGVS.

ET hæc sunt, quæ ad Augustissimam, Amplissimam & gravissimam mate-
 riam, De Comitibus S. R. I. Electoralibus, von des H. Röm. Reichs Churfürstlichen
 Wahltagē eâ methodo quâ Res ipsa potius præ Doctrina Regula exigebat, disser-
 tationis loco pro institutione, ingenijque tenuitate, consignare volui-potui.

DEO TRIN-VNI

Abseq; cuius operam nil auspiciatò geritur & Omnis cedit in cassum labor,

Sit

Laus, Gloria & Gratiarum Actio Sempiterna,

Sphalmata irrepserunt sequentia

Concl. 3. lin. 2. pro Convenient Francofurti, legatur Francofurti expediendam
 constituto tempore convenient. concl. 39. lin. 5. jurantis. concl. 41. lin. 2. Sibi.
 Concl. 56. lin. 32. part. 1. qq. § lin. antep. deletur, est. Concl. 78. lin. antep. po-
 natur 608. pro 604.

AD DN. ABRAHAMUM Rederer/
dissertationis hujus authorem

E Lectum Imperij decus, orbis Sydus amicum,
Regia Magnatum concio, Regni animus,
Cæsaris immensi robur, Sacer ille Senatus,
Principibus summis Summus, ubique potens,
Quâ coeat virtute, quibus se legibus armet,
Quam grandi fulcro substruat imperium
Describis, Rederere, tuis virtutibus, in te
Legibus unâ cum quæ coiêre diu.
Imperio te nempe paras, Patriæque Salutem
Ingenij magnâ vi meditâre procul.
Eminus exerces mentem, quæ cominus extet
Felix arbitrio, judicioque sagax.
Sint Electorum Comitia, divite pennâ
Quæ pinxti, decoris causa benigna tui!
Comis ad Imperij proceres magnatibus esto
Consilij certa Prosperitate Comes!

F. Benevolentia testanda causa L.

Joh. Georg. Dorscheus, SS. Th. D. & P.P.

Ad Eundem.

A Vrea Materia est, quam tractas ordine certo,
Aureus in quo stat creditur esse liber.
Te benè Cecropica madidum Latiaq; Minerva,
Artibus insignem mox fore fama refert.
Hinc tibi splendor, honos, decus & quoq; gloria surgent,
Dum misces Clarijs aurea verba Viris.
Res nunquam parva est pulchrum conscribere lemma,
Scommata sed retrò pellere major erit.
Id facis, hoc prompta cupiunt ostendere vires
Ingenij, nequeo dicere cujus opes.
Non tantum exactè Majorum κρῦφια calles,
Ut tenuit Rome Curia magna diu:
Ut crescas, addis Prudentum scita Quiritum,
Qua Consultata Patrum, quid Traco, quidvè Solon,
Sanxerit & Locris dederit qua jura Zaleucus,
Sub Iove qua Minos, quid Themis ante Iovem;
Verum quas nobis leges Chrysobulla ministrat,
Iam quoq; continuo rotas amore studes.
Egregium eterno facinus notabile cedro,
Cultori Themidos mente videre datur:
Si mihi non tales dotes fortuna negasset,
Nunc imitatore me facerem. Ecce tibi.

Guilielmus Otho Samecius.

F I N I S.

1077



Fragment of a historical document with faint, mirrored text. Legible words include: DISSEMINATION, POLITICAL, COMMITTEE, ELECTOR, DR. JOACHIM, HED ET PANDRO, Colburn, Dr. T., the, Dr., Benevole & amicabili, AT THE, ABRAHAM, ARGENTON, ARGENT, and M. DC.

